ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΡΩΤΗ

ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ,

ΠΡΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ ΤΟΝ ΕΥΣΕΒΗ.

BIBLIOTHECA REGIA



Εκ ΘΕΑΤΡΟΥ ὁ ΟΞΩΝΙΑ,

Ετει Θεογονίας ͵αψϟ.

Line.
8°. J. 29.

Imprimatur,

ROG. MANDER,

Vice-Cancell. *Oxon.*

Decembr. 28. 1700.



ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΡΩΤΗ

ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ,

ΠΡΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ ΤΟΝ ΕΥΣΕΒΗ.

BIBLIOTHECA



Εκ ΘΕΑΤΡΟΥ εν ΟΞΟΝΙΑ,

Ετει θεογονίας αψ'.

Line.
8°. J. 29.

SANCTI
JUSTINI
PHILOSOPHI ET MARTYRIS
APOLOGIA PRIMA
PRO CHRISTIANIS
AD ANTONINUM PIUM,

Cum Latina *Joannis Langi* verſione, quamplurimis in locis correctâ; ſubjunctis emendationibus & Notis *Roberti* ac *Henrici Stephanorum, Perionii, Billii, Sylburgii, Scaligeri, Halloixii, Caſauboni, Montacutii, Grotii, Salmaſii, Valeſii, Cotelerii,* pluribuſque novis additis; annexis inſuper ad calcem Annotationibus *Langi* & *Kortholti,* præmiſsâ verò *Langi* Præfatione, quâ ſummam hujus Apologiæ enarravit;

Edita à

JOANNE ERNESTO GRABE.

OXONIÆ,
E THEATRO SHELDONIANO
Anno Domini MDCC.

I

VIRO REVERENDO DOCTISSIMOQUE

Dno. *HENRICO ALDRICH*

S. T. P.

AMPLISSIMI APUD *OXONIENSES* COLLEGII

ET CATHEDRALIS ECCLESIÆ

ÆDIS CHRISTI

DECANO Dignissimo,

Patrono meo plurimum colendo,

Hanc

S. Justini M. Apologiæ I. pro Christianis

Novam editionem,

Illius & auspiciis susceptam,

& sumtibus promotam,

Grati pro variis beneficiis animi,

Summæque observantiæ

Testem & tesseram

Eo quo par est obsequio

offert atque dedicat

JOANNES ERNESTUS GRABE.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

CUM Vir pereruditus, à quo nova S. Justini Martyris editio nuperrimè exspectabatur, priùs vitam, ebeu! quàm opus suum suum fuisset, haud defuere, qui me ad istud Irenæo in lucem emisso, suscipiendum exhortati sunt. Quibus quod oggererem, in promptu erat; Spicilegia scilicet Patrum & Hæreticorum, cujus duos fasciculos jam eradito orbi obtuli, tres alios subsecuturos atque meliores post Irenæum restare edendos: ut de propriis quibusdam Tractatibus, ante aliquot annos magnam partem elaboratis, secundâ debinc curâ elimandis, nihil dicam. Sed haud diu post accidit, ut Spectabilis Dominus Ædis Christi Decanus, Fautor meus per omnem ætatem venerandus, non omnium Justini librorum, sed ambarum solùm ejus pro Christianis Apologiarum, aut saltem prioris, Antonino Pio oblatæ, utpote posteriori longè, ut prolixioris, ita utilioris, novam editionem à me parandam desideraret, serenæ Clarissimis Viris atque eruditis Juvenibus, dictæ Ædis Alumnis & Convictoribus, dandæ destinatam. Atque hîc, fateor, me omnino obstrictum putabam, non modò quod laudati Viri, velut Ordinariis Superioris mei, desiderio mihi pro mandatis sint habenda; sed & quod libellus iste haud diu reliqua opera mea esset sufflaminaturus, ac moræ injectam eximiâ dignitate ac utilitate sub abunde compensaturus: quam ego sanè tantam existimo, ut potiùs partem cibi somnique mihi, quàm me novæ illius editionis quantocyus elaborandæ subtrahere voluerim. Nullum quippe est Christianæ fidei dogma, nullum vitæ rectè agendæ præceptum, nullum Sacramentum, (de necessariis ad salutem loquor) cujus tenorem non declaret, ordinemve exponat. Imo verò argumen-

tis, etiam ex S. Scriptura, nec non sanæ rationis dictamine petitis singula confirmat; ac quomodo Ethnicis quoque ex ipsis eorum sive Poeticis commentis, sive Philosophicis documentis probata, vel potius probabilia reddi queant, luculenter ostendit.

Atque hoc divinæ doctrinæ compendium eò majoris est æstimandum, quò propius Auctor ejus ad S. Apostolorum ætatem accessit. Quippe aut μαθητὴς τῶν Ἀποστόλων discipulus Apostolorum *fuit, si fides epistolæ ad Diognetum, nomen Justini præ se ferenti, habenda; aut certè inter primos eorum successores est numerandus; μετέπειτα τῶν Ἀποστόλων ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ,* qui non procul ab Apostolorum temporibus inter religionis nostræ sectatores maximè floruit, *prout dicitur Eusseb. lib. 2. Hist. Eccles. cap. 13. ubi hanc ipsam Apologiam allegat. inter quam sanè, & ultimam in sacro Canone librum, S. Joannis Revelationem, vix dimidium intercessit seculum. Quo exiguo temporis intervallo si jam doctrina Ecclesiæ, à Justino in hoc libello exposita, fuerit corrupta, vix unquam fuit integra in flore, sed in adolescentia defecit, & ne hominis quidem perfectam attigit ætatem. Id quod si non absurdè, saltem gratis dicitur, nec unquam probari poterit. Sin verò doctrina Ecclesiæ tunc adhuc fuit sana, malesani omnino sunt habendi, qui ei obloquuntur vel detrahunt; rectè autem faciunt, qui fidem Apostolicam à S. Martyre per omnes fere articulos dilucidè expositam, & egregiè confirmatam firmiter tenent. Atque in horum numero me esse, & à S. Justini mente in nulla re dissentire lubens fateor; adeo ut professionem fidei meæ, maximâ ex parte, cum hoc libello edere mihi videar. Istud autem votis ardentissimis expeto, ut omnes per omnia cum laudato S. Martyre aliisque ejus æqualibus sentiant. Sic enim minus errorum atque dissensionum foret in Ecclesia Christi; nec novâ illa egeret eâque difficillimâ Apologia adversus infideles, qui nihil magis, nihil sæpius contra Christianos urgent, nisi tot tantaque eorum dissidia, sub quorum prætextu ipsi in Christum credere recusant.*

Id quod Prophetico Spiritu prævidens amantiſſimus Servator noſter, in ultima quæ literis conſignata eſt, oratione DEUM pro unitate fidelium ob hanc inter alias rationem precatus eſt, ut humanum genus fidem Divinam haud detrectaret: Ipſi, *inquit*, in nobis unum ſint, ut mundus credat, quod tu me miſeris. *Joan.* XVII. 22.

Cum autem ad integram primitivæ doctrinæ atque unitatis Eccleſiaſticæ reſtaurationem ſola vota haud videantur ſufficere, ſed tanti boni ergò unicuique veritatis & pacis amanti pro ſuâ virili & vocatione ſtrenuè ſit laborandum, ne miſera pigri atque inutilis ſervi ſors cum maneat, ego pro meæ tenuitatis modulo ante omnia animum ad antiquiſſimorum Patrum ſcripta, eâ quâ poſſum, naturatione edenda ſerio applicui; ut magis magiſque inde elucent, quid miſera Eccleſia crediderit, quid egerit, qua & quâ ratione ſacramenta celebraverit: ne aut ſequioris ævi commenta pro Catholicis & Apoſtolicis aſcipiamus traditionibus; aut verò tales, ſive per epiſtolas, ſive per ſermonem primorum præconum in Eccleſiam depoſitas, malè negligamus. Atque hûc ſuo laudatam Juſtini Apologiam jam benevolo Lectori offero; quam geminum S. Martyris opus eſſe, haud opus eſt ut prolixè probem, cùm nemo, quod ſciam, id inficias iverit, & tam internis argumentis, quàm externis Patrum teſtimoniis, quin & iteratis prolixis ejus apud Euſebium in Hiſtoria Eccleſiaſtica allegationibus iſtud ſatis conſtet. Euſebio antiquiorem quoque Tertullianum hanc Juſtini Apologiam in ſuo Apologetico crebriùs imitatum eſſe, pauci ſunt qui ignorant. Juſtini verò æqualem Irenæum aliqua ex hoc libello in ſuis contra hæreſes libris deſcripſiſſe, obſervavi infrà p. 22. 27. &c. Quid multis? ipſe Juſtinus hanc Apologiam in Dialogo cum Tryphone citavit, ut pag. 51. annotavi. Quod rem plane demonſtrat; niſi quis & ipſum Dialogum S. Martyri abjudicare velit: quod nuperrimè quendam in Kilonenſi Academia auſum eſſe, ex literis docti cujuſdam in Germania viri percepi, Diſſertationem autem nondum vidi, vixque videre deſidero. Sicuti verò certum eſt, hunc libellum genuinum

S. Justini Martyris fœtum esse; ita dolendum, injuriâ temporum parte quâdam (inferiùs pag. 71.) mancum, aliquibus etiam partibus per negligentiam vel imperitiam scribarum uno alteróque articulo parumper mutilatum vel corruptum ad nos pervenisse; & quod dolorem auget, pauciſſima supereſſe MSS. exemplaria, quorum ope integritati suæ restitui queat, de quibus mox dicam.

Quod erudito pio atque Christiano hujus Apologiæ Lectori displicere, aut offensam præbere queat, nihil novi. Equidem magnâ erga Imperatorem παῤῥησίᾳ usus est S. Martyr, quam & Hieronymus notasse videtur, Epist. 84. ad Magnum ita scribens: Justinus, & ipse Philosophus, Antonino Pio, & filiis ejus, Senatuique librum contra Gentiles tradidit, defendens ignominiam crucis & resurrectionem Christi totâ prædicans libertate. *Libertas tamen fuit, quæ sicut in Veteris Testamenti Prophetis, ubi Judaicos allocuti sunt Reges; ita in Christianis, quando Imperatores compellarunt, Martyribus, Heroico Spiritu plenis, sæpe eluxit, non à quovis tamen imitanda, sed potiùs admiranda. Nulla verò hîc temeraria procacitas, nulla obscœna scurrilitas, ab omnium Heroum, ipsiusque Christi Spiritu omnino aliena, ac proinde meritò in quovis, & ab unoquoque detestanda. Porro nolim congruam per omnia præsentis ævi modulo methodum atque acumen orationis hîc quæri:* neque enim in sermone est Regnum Dei, sed in virtute, *uti S. Apostolus* 1 *Corinth.* IV. 20 *scribit, de semetipso quoque affirmans, quod* non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem spectet. *Nolim etiam ob longiores aliquando parentheses vel digressiones, per quas fit, ut membra hujus Apologiæ haud ita bene cohærere videantur, vel ob eorundem dictorum repetitiones, quæ subinde occurrunt, vel ob mysticas aliquanto longiùs petitas unius atque alterius dicti expositiones, S. Martyrem traduci, aut librum ejus abjici; siquidem istius seculi mos ejusmodi tulit, quem non modò in profanis, sed & ipsis sacris divinitus inspiratis Scriptis passim deprehendimus.*

Atqui dum in Methodi mentionem incido, Lectorem monen-

monendum duxi, ex duabus præcipuè partibus hunc libellum consistere, quarum priori Christianorum ac doctrinæ Christianæ innocentiam, bonitatem, utilitatemque, nec non hujus cum quibusdam Ethnicorum placitis dogmatibusve affinitatem probat, ut hanc Imperatoribus probabilem reddat; & simul quàm iniquè Gentiles ac violenter illos insectati, quamque subdolè Dæmones adversus eos machinati fuerint, luculenter ob oculos ponit: posteriori autem, quæ pag. 60. hujus editionis incipit, Christianæ fidei veritatem planè demonstrat, argumento à Prophetiis, velut firmissimo, petito, quod per omnes illius articulos egregiè deducit usque ad pag. 102. ubi quædam ex priori parte partim brevius repetit, partim prolixius exponit; & tandem pag. 115. Christianorum conventuum ac Sacramentorum, quæ in iis administrarentur, ordinem exponit, atque rationem eorundem reddit; ibi quoque Ethnicorum sacrorum in quibusdam similitudinem, à Dæmonibus malo quidem fine procuratam, obiter ostendens. Qui autem totius Apologiæ seriem atque summam distinctius perspicere cupit, Nourrhii *Apparatum ad Bibliothecam Patrum Seculi II. Dissert. II. Part. I. cap. 3. aut* Langi *Præfationem legat: quam idcirco, utpote* Nourrhii *argumento in plerisque fusiorem, huic editioni præfigendam curavi, ejus paginis ad marginem notatis, ut quasi Indicis vicem insuper suppleat. Ubi verò* Langus *connexionem partium per longas parentheses à se invicem divulsarum, haud advertit, ibi Annotationes nostræ Lectori eam ostendent.*

Cæterùm cùm de tempore, quò Justinus hanc Apologiam scripsit, Tom. I. Spicilegii Patrum Seculi II. pag. 150. seqq. satis dixerim, non nisi pauca de hac editione restant dicenda. Græcum textum è R. Stephani *exemplari, tanquam prototypo, exprimendum curavi. Utinam verò MSS. præsto fuissent Codices, quos cum excuso conferre, indeque tam integri, ut suspicor, folii jacturam, quàm minores quosdam defectus resarcire, & menda corrigere potuissem. Sed nullus talis Oxonii, nec in omni, quod sciam, Anglia datur; neque Vindebonæ in Cæsarea Bibliotheca reperitur, ut ex editis*

tis Lambecii & Neſſelii *Catalogis patet. Pariſiis quidem præter iſtud, ex quo ſuam* R. Stephanus *editionem expreſſit, exemplar, in Regia Bibliotheca reconditum, aliud æquè recenti manu ſcriptum in Bibliotheca Collegii Claromontani extare novi; aliud denique Venetiis alicubi latere inaudivi. Verùm temporis huic editioni præfixi anguſtia, & dictorum locorum diſtantia haud permiſit, variantes duorum horum exemplarium lectiones, aut emendationes inde forte colligendas arceſſere. Enitar tamen, ut amicorum beneficio earum compos fiam, & Regium inſuper exemplar* Pariſiis *denuo cum noſtra editione conferri curabo; quæque nactus fuero, in calce alterius Voluminis, ejuſdem cum hoc formæ, quod poſteriorem Juſtini Apologiam & orationes contra Gentiles unà cum libello de Monarchia Dei complectetur, Deo volente, poſt finitum Spicilegium Patrum Seculi II. erudito orbi communicabo. Cæterùm Latinum quod attinet textum, conſultis tam* Gelenii, & Perionii, *quàm* Langi *verſionibus, hanc, utpote meliorem, præ illis quidem ſecutus ſum; aſt plurimis tamen in locis mutavi & correxi, partim quod ſæpe citra neceſſitatem redundans, paraphraſi propior eſſet, partim quod ſenſum Auctoris aut non dilucide expreſſerit, aut prorſus ab eo aberrarit. Denique notas doctorum virorum, quorum nomina titulus hujus editionis exhibet, ſummâ cura undique collegi, pluribuſque propriis additis, debitè digeſſi; & quæ ad verborum ſententiarumve Juſtini emendationem vel neceſſariam expoſitionem pertinerent, continuò ſingulis paginis textui ſubjeci, quaſdam nudè recenſens, alias confirmans, in alias denique breviter animadvertens. Prolixiores verò* Langi & Kortholti *Annotationes, ſive potiùs digreſſiones, ad calcem libelli rejeci, ut eas perluſtrent, quibus volupe fuerit. Unum tamen atque alterum nimis generalem, nimiſque prolixum* Langi *Tractatum de myſterio S. Trinitatis, & Sacramento Euchariſtiæ, nec non de Sacramentis in genere, conſultò omiſi. Alia denique minora quæ præſtiti, prætereo, ne Lectorem diutiùs in ipſo limine detineam.*

NB. Paginæ in margine hujus editionis apppoſitæ ſunt Pariſienſis editionis.

LANGI

LANGI PRÆFATIO

In D. Juſtini, Philoſophi & Martyris Chriſti, Orationem, quâ Chriſtianos apud Antoninum Pium *defendit:*

Quâ argumentum ſive ſummam ejus enarrat.

ATrox & horrenda toto terrarum orbe adverſus Chriſtianos, dæmonum operâ, ſparſa erat infamia de illicitis eorum conventibus, in quibus noctu infanticidia, humanarum carnium viſcerationes, lucernarum per canes everſiones, promiſcuos concubitus, & alia id genus nefanda facinora peragerent. Et adeo in hominum animis concepta de illis invaluerat opinio falſiſſima, ut ad damnationem eorum ſatis eſſe putarent judices ſolum nomen ipſum, ſi tantummodo Chriſtiani eſſe deferrentur.

Itaque oratione iſtâ Juſtinus innocentiam eorum in apertum producturus, cum rem tam indignam & illegitimam, ob famam p. 4
videlicet ſolam & appellationem homines innocentes, indictâ & incognitâ causâ ad cædem & ſupplicia rapi, apud Principes Romanos, qui *Piorum* & *Verorum* nomine cohoneſtati eſſent, p. 3
reprehendit; tum ab eis legitimâ libertate flagitat, ut non minùs in Chriſtianorum, quàm in aliorum hominum, qui rei arguntur, vitam jubeant ſecundum leges inquiri: neque ullo modo patiantur, ſolos Chriſtianos ob famam incertam, & nomen non incommodum, contra jura omnia iniquiſſimè torqueri p. 5
& contrucidari. Eſſe hoc imprimis bonorum Principum, qui pietatem atque veritatem ſibi colendam ſtatuiſſent. Juſte judicare debere judicem quemque, niſi ſeipſum magis quam iniquè damnatum inſontem lædere velit: legitimum certumque eſſe judicum curſum: pertinere eum ad benè conſtitutum imperium: injuſtiſſimum eſſe, ut alicui nomen ſuum, quod nec bonum, nec p. 6
malum quemquam facit, fraudi ſit: Chriſtianos verò, quos vulgus per Græcam » Chr»ſtianos appellaret, id moribus ſuis aptum p. 7
nomen obtinere, quod Chr»ſtus & Chr»ſtianus latinè *utilis* & *commodus* dicatur. Indignitatem tantam eo etiam majorem eſſe ait, quod Chriſtianus, ſi nomen ipſum abnegaret tantùm, abſolveretur: quodque paucorum quorundam, qui criminis, alicujus comperti eſſent, peccatum, reliquis omnibus præjudicium ad p. 8

con-

condemnationem universalem afferret; cùm tamen communi Philosophiæ nomini improbitas Epicuri, & aliorum nonnullorum nequam Philosophorum, apud homines gentiles non offi-
p. 9 ceret. Sed enim iniquitatem ejusmodi in auctores dæmones refert, qui omne genus impostura, fraudis & impietatis in hominum mores invexerat: quæ deinceps mala à Poëtis veteribus facticiis suis diis, qui dæmones ipsi fuere, sint attributa. A qui-
p. 10 bus diis cùm aliquando avocaret cives suos Socrates, eosque per rectam rationem ad unius veri Numinis inquisitionem perduceret, perinde eum atque nunc Christianos, tanquam ἄθεον, esse
p. 11 morte mulctatum scribit. Christianos se hactenus ἄθεους esse profiteri, quod à falsorum deorum sacris prorsus sint alieni: non autem quatenus illi se totos parentis rerum omnium Dei, & Verbi seu Filii ejus corporati, Spirituque Sancti, trini & unius
p. 12 Dei, cultui dicaverint. Quapropter de Christianis quoque de-
p. 13 latis ita esse judicandum, ut cognitâ causâ illi vel criminis convicti, ut malefici, non Christiani condemnantur: vel innoxii reperti, ut Christiani & inculpati absolvantur. Christianorum innocentiam propter ipsos etiam Principes se defendere dicit, ne ignoratione rerum ipsarum illi se apud judicem Deum excusare queant. Inculpatæ enim eos esse vitæ, & veri studiosos: unde etiam se eos esse qui dicantur, cùm facilè id negare, atque ita tutò periculum effugere possent, minimè inficientur. Aspirare illos ad vitam cum Deo immortalem, & per morum integrita-
p. 14 tem ad æterna anhelare præmia. Rectiùs etiam de extremo eos judicio quàm Platonem sentire, non per Rhadamantum aliquem, sed per Dominum ipsum Jesum Christum peragendo: in quo omnes mortales cum corporibus simul & animabus suis, utcunque id multis incredibile esse videatur, sisti oporteat.
p. 15 Christianos eosdem non offerre quidquam idolis, quibus nihil
p. 17 sit fœdius: sed cultum omnem pietatis & sanctimoniæ exhibere Deo, qui nomine careat, & universitatem hanc è nihilo creaverit, ab eoque vitæ sanctiùs hîc peractæ condigna exspectare præmia. Quæ præmia quod consectentur, divini id quoque esse
p. 18 muneris. Consectaturos ea etiam esse homines alios, nisi dæmones obnunciatione suâ intercederent: qui illis omne genus vitiorum & criminum, à quibus Christiani absint, per concupiscentiam malam, suggerant & offundant. Christianos Regnum Dei cœleste expetere, atque ea de causa inquisitos intrepidè mor-
p. 19 tem & supplicia omnia adire, neque persequutores suos morari,

cùm

cùm alioqui etiam ſemel moriendum ſit omnibus. Nihil eſſe Reipublicæ à Chriſtianis ad res novandas periculi, pacis & tranquillitatis imprimis ſtudioſis: utpote qui pro factorum cujuſque meritis mercedem ſuam, bonis videlicet ſalutem, malis autem pœnam ignis perpetuam deſtinatam eſſe, Deumque & facta ſimul & cogitata omnium perſpicere credant. Quod ſanè p. 20
ſi vulgo perſuadum eſſet, juſtiùs moderatiùſque homines pleroſque victuros eſſe. Non eſſe ſuggeſtioni malignorum geniorum, hominibus inſontibus perſequendis, parendum: ſed potiùs præreceptâ erroris conſuetudine, Imperatores tantos veram rationem ut principem ſummum ſequi debere, ſi res rite & ordine gerere velint. Perſecutionem Chriſtianorum ſuorum p. 22
ab ipſo Chriſto eſſe prædictam, & quod cùm in hac parte, tum aliis in rebus omnibus vaticinia ejus eventis ipſis comprobentur, certiſſimum id eſſe veritatis & fidei Chriſtianæ documentum.

Et quamvis generalis hæc defenſio & petitio ad Chriſtianorum integritatem probandam, & æquitatem juris & judiciorum obtinendam, ſufficere poterat; ut tamen dæmonum machinatio adverſus verum cultum Dei, & Chriſtianorum Sanctitas & religio contra vulgatam falſò adverſus eos confictorum ſcelerum infamiam dilucidior eſſet, fuſiùs per ſpecies rem omnem tractat, Chriſtianos unici & veri Dei in Trinitate eſſe cultores oſten- p. 23
dens: cui rationales victimas precum, laudis, gratiarumque actionis de acceptis ab eo omnis generis beneficiis in omnibus offerant oblationibus. Cavendos ſimul eſſe dæmones admonens, p. 25
quod & veritatis illi cognitionem inter homines ſecuros, & de ſalute ſua nihil ſolicitos præpediant, & variis artibus illos ſibi mancipatos in ditione ſua retinere ſtudeant. Quapropter pro ſe quemque illis renunciare, rectamque rationem & Deum innatum complecti debere, exemplo Chriſtianorum, qui per reſipiſcentiam & converſionem ſinceram ab omni genere vitiorum ad pietatem & virtutem omnem tranſierint. Quo loco verus pœnitentiæ & converſionis deſcribitur modus. Deinde doctrinam Chriſti in ſummam conferens, præcepta ejus recenſet: p. 26
de caſtitate, concupiſcentiam etiam & cogitationem obſcœnam Deum punire aſſeverans, ac ſtudium cœlibatûs omnis generis hominum apud Chriſtianos, impudicorumque immutationem laudans: de dilectione inimicorum, de eleemoſyna & erga egenos p. 28
liberalitate, de theſauris cœleſtibus conquirendis, de anxia

p. 29 vitæ ſolicitudine & hypocritica, bonis operibus faciendis, ja-
p. 30 ctantia fugienda, de malorum tolerantia, de ſtudio bonorum operum: atque hîc multos ex infidelibus honeſtâ piâque Chriſtianorum vitæ conſuetudine ad frugem bonam adductos eſſe commemorat: (quam utinam gloriationem temporibus etiam noſtris nos apud Turcas & Barbaros alios jactare poſſemus) de
p. 31 veritate abſque juramento dicenda, de charitate Dei, qui ipſe ſolus bonus ſit, de obſervatione mandatorum Dei, ſine qua Chriſtianus nemo eſſe queat, utcunque verbis Chriſtianiſmum profiteatur; quippe qui ſit rapax, ovium pellibus indutus lu-
p. 32 pus, quales homines legibus etiam puniri petit: de vectigalibus pendendis, & cultu divino ſoli Deo præſtando: ubi ſimpliciſſimè Salvatoris verbum, *Reddite Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & quæ Dei, Deo*, exponit. Et Chriſtianos ſedulò pro Princi-
p. 33 pibus Romanis ad Deum preces fundere teſtatur. Quocirca eorum illi tanquam precatorum ſuorum ſi rationem non habuerint, dicturos eos eſſe apud ſummum judicem Deum cauſam affirmat. Imperatores enim Romanos quoque, diem ſuum communi aliorum mortalium conditione obeuntes, minimè ad ἀνα-παῦσιν, id eſt, ad ſtatum eum ut amplius non extent, & ſenſus omnis vanitatem, quod optabilis malis ſit, tranſire: ſed manere
p. 34 homines iniquos omnes ſupplicia ſempiterna. Atque hic immortalitatis animorum & reſurrectionis mortuorum plura affert argumenta, ex doctrinis Poetarum & Philoſophorum, atque
p. 36 ſacris Ethnicorum prolata. Affert etiam ſimilitudinem de hominis è gutta ſeminis genitalis inopinabili creatione, & facile Deum, qui creationis ejus autor ſit, diſſoluta corpora ad immortalitatem revocare poſſe oſtendit: cujus potentiam nimis in anguſtum redigant philoſophi, cum ei poſſibilia ſint omnia.
p. 38 Animæ etiam æternitatem Chriſti oraculo probat: *Non eos timendos qui animam occidere nequeant: ſed illum metuendum eſſe* reſpondentis, *qui poſt mortem, poſſit & animam & corpus*
p. 39 *in gehennam mittere.* Philoſophorum & Poetarum quorundam non prorſus abſimilia noſtris dogmata de Deo, de creatione rerum omnium, de extrema exuſtione, de animarum impiarum poſt mortem ſuppliciis, piarum verò beatitudine, de ſimulacris non colendis, attingit: ſed Chriſtianos de rebus eis omnibus clariorem atque certiorem habere doctrinam affirmat, qui cùm in rebus quibuſdam eadem cum philoſophis tradant, ſolos tamen ipſos indignis modis exagitari.

Et

Et quia futurum dæmones, idolomaniæ & flagitii omnis autores, ſciverint, verbum Dei incarnatum in terris ſalvandi generis humani obiturum provinciam; quò minus in gentibus omnibus doctrinæ de beneficio tanto promulgandæ fides haberetur, prævertere id illos volentes arte mirâ effeciſſe ait, ut Poetæ veteres inſtinctu ſuo excitati, Jovi plures eſſe liberos editos do- p. 41
cerent, qui aliqua ex parte omnes unius Chriſti æmularentur facta, & virtutum ejus umbras: Mercurium videlicet, Æſculapium, Herculem, Caſtorem & Pollucem, Perſeum, Bellerophontem. Qua in re tamen illi eò falſi ſint, quòd in nullo iſtorum peculiarem Chriſti crucifixi incognitam ſibi mortem ex- p. 44
preſſerint: illud interim quoque agentes, ut miſeri mortales infanda flagitia ſua improbiſſimi Jovis, aliorumque deorum ſuorum quos imitarentur, exemplis obtegerent, atque tuerentur: & ut poeticorum deorum cultores extra periculum omne ætatem exigerent; Chriſtiani verò, ob veram ſingularis Dei religionem, atrociſſimis expeterentur cruciatibus. Chriſtianam doctri- p. 46
nam eſſe dicit omnium antiquiſſimam & veriſſimam, eoque nomine ab omnibus ſuſcipiendam. Poetas illam fabulis ſuis adul- p. 47
terare conatos, ac dæmones gravia adverſus Chriſtianos commentos eſſe crimina: eoſque, ut idololatræ etiam inter ſe variis p. 48
diſſidentes modis, in precio paſſim eſſent, procuraſſe. Et cùm improbitas ſumma Jovis traducitur, tum illud quoque in Romanis principibus carpitur, quod Simoni Samaritano mago, qui p. 50
ſe pro Chriſtiano geſſit, pro maleficiis honos, ſtatuâ ei poſitâ, ſit habitus: aliiſque item hæreticis ſub Chriſti nominis obtentu p. 52
impunè fuerit, blaſphemas, ſuggerentibus dæmonibus, in Deum ſerere doctrinas: contra quos librum Juſtinus ipſe ſcripſerit. p. 54
Exinde ut omnem libidinis à Chriſtianis removeat ſuſpicionem, minimè eos infantes ſuos exponere dicit: & cauſas ejus rei explicat, & Ethnicorum abominanda arguit lenocinia, meritori- p. 55
orumque lupanarium proſtitutionem nefariam, & fœdiſſimorum vectigalium quæ inde exigantur, quæſtum turpem, nec non puerorum execrabilem abſciſſionem. Qui, cùm ipſi tam hor- p. 56
renda impune patrent, Chriſtianos tamen à facinoribus iſtiuſmodi prorſus alienos, per conficta id genus crimina ad ſupplicia conquirant: quibus quidem id apud Deum & conſcientias ſuas nihil afferat detrimenti, injuſtos verò perſecutores unà cum diabolo, cujus Symbolum, quod ſerpens eſt, apud ſimulacra pingere ſoleant, poſt ſupremum judicium pœnas daturos ſempiternas.

p. 57 Judicium id autem propter homines per pœnitentiam ſalvandos à Deo differri: & quod juſtum judicium tale futurum ſit, propterea rationales & liberi arbitrii ad bona vel mala expetenda vel fugienda, compotes mortales omnes divinitus eſſe creatos: experturos id eſſe Epicuros, & alios eorum ſimiles ho-
p 58 mines. Cauſam matrimonii contrahendi Chriſtianis eſſe liberorum procreationem ait: & hiſtoriam de adoleſcente Chriſtiano commemorat, qui ad prolixiorem fidem Chriſtianæ continentiæ faciendam, caſtrari ſe petierit: & abſciſſionem obſcœnam Antinoi ſub
p. 59 Adriano ridet. Chriſtum non impoſturâ magicâ, ut obtrectatores ejus jactent, ſed ſuapte divina poteſtate miracula edi-
p. 60 diſſe, quæ vaticiniis etiam prophetarum priùs ſint prædicta quàm facta: reſque ipſas divinationes ejuſmodi confirmaſſe: &
p. 61 prophetarum libros longè antè à LXX. Interpretibus eſſe ex Ebræo ſermone in Græcum verſos, quàm Chriſtus ſit corporatus, aſſerit. Libros eos, Judæos quoque capitales Chriſtia-
p. 62 norum hoſtes, habere, ſed non intelligere. Atque ubi ex propheticis ſcriptis œconomiam Chriſti incarnati in pauca redegit verba, hiſtoriam ejus omnem, ut res quæque ſint impletæ, pro-
p. 64 phetarum comprobat teſtimoniis. Hoc itaque modo declarantur, tempus nati Chriſti, qui expectatio ſit gentium, humilis
p. 65 ejus aſinâ vehentis in urbem Hieroſolymitanam ingreſſus, cre-
p. 66 dentium in ſanguine ejus luſtratio, ſeminis verbi Dei in eis habitatio, divina quoque ejus è virgine nativitas: qui nimi-
p. 67 rum ſit Stella Jacob, & flos radicis Jeſſæ, & Emanuel: quæ
p. 70 omnia ſimpliciter exponuntur; nativitatis ejus locus, & vita privatim & obſcurè inter ſuos acta, imperii ejus Symbolum
p. 72 Crux, & ſupplicium in ea toleratum. Allegantur Pilati acta, quæ & ipſa veritati noſtræ perhibeant teſtimonium. Quia verò non cuivis proclive ſit, prophetiarum divinitus inſpiratarum intelligere ſcripta, quandoquidem & Judæi ipſi dudum præmonſtratum, & tempore ſuo præſentem non agnoverint
p. 73 Chriſtum, regulam quandam Juſtinus tradit, quomodo cum fructu phraſes earum, vel à Dei Patris, vel à Filii, vel à Spiritûs Sancti, vel etiam à populorum Judaicorum perſona; nonnullæ etiam de rebus quaſi jam peractis, quæ tamen adhuc peragendæ eſſent, prolatæ, ſint accipiendæ: atque harum omnium
p. 76 exempla ponit. Declaratur item duodecim Apoſtolorum à Domino Chriſto Hieroſolymis in orbem univerſum miſſa legatio, qui omni mortalium generi, virtute divina freti, verbum Dei

depræ-

deprædicarent. Laudatur Christianorum à pristina vitiositate ad Deum conversio, & vitæ totius mutatio, sinceritas, veridicentia, & in militia spirituali peragenda constantia. Expo- p. 77 nuntur duo primi Davidis Psalmi, in quibus proposita sit Christianæ vitæ consuetudo, gentium & principum profanorum adversus Christum conspiratio, divina ejusdem generatio, regnumque & hæreditas in gentibus: dæmonum, quâ sibi à Deo & Christo ejus metuunt, trepidatio, & severa ad maturam ante extremum judicii diem pœnitentiam invitatio. Declaratur præterea Christi crucifixi & glorificati, & in dextra Dei confidentis, augustissimum gloriæ & gratiæ Regnum. p. 78

Deinceps ne quis ista in Christo fatali necessitate accidisse p. 82 existimaret; cùm fatum Stoicum refellit, tum liberum hominis, qui à Deo non ut stipes aut asinus, sed rationalis fit conditus, asserit arbitrium, quo ad boni delectum, & ad mali fugam producatur. Bonos quippe & obedientes Deo bonis terræ fruitu- p. 85 ros esse: malos autem & immorigeros, à gladio ignis æterni devoratum iri. Quin Platonem quoque arbitrii libertatem in p. 86 homine, ex Mosæ literis edoctum, pervidisse dicit: pro eo atque is, sicuti & reliqui philosophi, si quid habeant veri, id propheticis scriptis acceptum referre debeant, quod tamen illi quia non probè intellexerint, propterea eos tantopere inter se dissidere. Christianos nihil fato tribuere, sed ad providentiam Dei referre p. 87 omnia, qui & facta omnium prænoscat, & pro meritis quemque suis muneretur, curam hominum gerens, atque eis benignè prospiciens. Illud etiam pravorum angelorum fuisse inventum, quò hominibus Hydaspis, Sibyllæ, & Sanctorum vatum lectione per capitalem Sanctionem sit interdictum: qui tamen terror nihil quidquam apud Christianos valeat, aliis quoque cognitionem eorum deferentes. Declaratur deinceps, quoadusque p. 88 regnans in dextera Patris Christus per virgam virtutis suæ obtenturus sit imperium: & quòd illi etiam extra noxam futuri p. 90 non sint, qui ante nati Christi tempora justos sint persecuti, adstruitur: Christum nempe primogenitum & λόγον esse, id est Rationem & Sermonem Dei, quem omnes homines, juxta modulum quisque suum, participent. Quocirca omnes eos qui ante Christum natum rationabiliter vixere, ac non minus Socratem ac Heraclitum, aliosque his similes, quàm Abraam, Eliam, & cæteros Sanctos Patres, Christianos censeri. Proponitur p. 92 sub hæc oraculum de Judææ vastatione, & Judæorum sub Adriano

p. 93 Adriano principe exterminatione, de Chriſti præclaris miraculis,
p. 94 de ejuſdem & Chriſtianorum ſuorum cæde, de gentium ad ſa-
p. 95 lutem æternam vocatione, de Chriſtianorum falſa crimina-
p. 96 tione, de cauſa humiliationis & mortis Chriſti, de exaltatione ejuſdem, de diſcipulorum ejus fuga atque defectione, & Apo-
p. 97 ſtolico eorundem converſorum munere, de ineloquibili Chriſti
p. 98 nativitate, & potenti in inimicos ſuos dominatu, de triumphali in cœlos aſcenſione ejus, de glorioſo item ipſius ad judicium adventu. Non minus namque ad rem collatum ea iri, quæ adhuc ex prædictionibus de eo promulgatis implenda reſtant, quàm aliæ divinationes, experientiâ ipſâ teſte, ſint adimpletæ.
p. 99 Duplicem quippe ejus in terras adventum eſſe à prophetis demonſtratum dicit. Referuntur quoque de reſurrectione mortuorum Prophetica teſtimonia, quemadmodum & de piorum præmiis, & impiorum pœnis perennibus: item de nimium ſera infidelium Judæorum in ultimo judicio pœnitentia. Cæterùm
p. 100 ad percipienda ſancta Sacrorum Vatum reſponſa hujuſmodi, intellectualibus ſpiritualibuſque auribus opus eſſe, & doctrinam Chriſtianam non opinionibus inanibus, verùm demonſtratione certâ conſtare affirmat: re ipſa veritatem prophetiarum de unigenito Dei filio incarnato & crucifixo, vivorumque & mortuorum judice futuro, tanto antea prænunciatarum, & jam maxima ex parte completarum, manifeſtò declarante. Adduntur iti-
p. 101 dem ſacra vatum reſponſa, de eo quòd plures ex gentibus quàm ex Judæis & Samaritanis in Chriſtum crediturі, quodque illi quàm iſti fideliores ei futuri eſſent.
p. 103 Expenditur ampliùs diaboli conſilium callidiſſimum, quo ille æmulationem quandam vanam rerum Domini noſtri Jeſu Chriſti verarum (crucis myſterio excepto) in Dionyſio & initiis ejus, in Bellerophonte, Perſeo, Hercule & Æſculapio ſub-
p. 106 ornavit. Crucis uſus in rebus humanis omnibus maximus commemoratur, nuſquam non beneficii ſui memoriam mortalibus
p. 108 ingerentis. Et cùm non modò ratione, ſed ipſo etiam crucis Symbolo ſatis apertè principibus Romanis profeſſio Chriſtiana ſit declarata, defunctos eſſe ſuo Chriſtianos officio dicit: atque illos de cæterò nequaquam extra culpam futuros, ſi in propoſito perſecutionis pergant perſeverare. Dæmones, ſicut ante Chriſti incatnationem, veritatem Chriſtianam per poetas &
p. 109 philoſophos conati ſint depravare; ita quoque poſt nativitatem ejus, Simonem Magum & hæreticos alios contra eandem profeſſionem

fessionem excitasse. Et tandem à principibus de abolenda, si velint, Simonis statua admonitis petit, ut oratio hæc, quò res Christianorum ab omnibus cognosci, & fraus atque impostura Simonianorum evitari queat, publicè legenda proponatur: illo addito, dæmones cùm Christianismum supprimere nequeant, p.110
hoc saltem procurare sedulò, ut pravi homines Christianos iniquè persequantur, mortem ipsam contemnentes, & persecutoribus suis (bene) cupientes. Et quicunque tandem post hanc vitam futurus sit rerum status, sive idem qui nunc est, sive nihil à morte restet reliquum (pro eo atque impii hoc vel illud arbitrentur) esse tamen Christianam doctrinam hominibus in hac p.111
vita ad εὐπάθειαν, vel perpessionum vacuitatem, & moderationem consequendam utilem, & percussores Christianorum eos quos cædant, beneficio afficere, miseriis præsentibus illos liberantes. Mox Marcionis impiâ expositâ hæresi, hoc maximè dæmones per idololatriam apud imperitos, & per hæreses apud eruditos, p.112
inventa scilicet sua elaborare scribit, ut homines à cultu veri Dei & Filii ejus abductos in impietatem præcipitent. Docet insuper, Platonem multa ex Mosæ libris non benè intellectis accepisse: sicuti creationem mundi ex subjecta materia, & decussationem Filii Dei in universo: eundemque etiam aliquatenus sanctæ Trinitatis aspexisse mysterium. Exustionem quo- p.115
que Stoicorum, è Mosæ acceptam scriptis, ita ut nihil præclari habeant Philosophi quod nostrum non sit. Apud nos idiotas quoque divinâ inspiratione res arcanas & cœlestes nosse. Secundum ista, mysteria baptismi (cujus purificationem in sa- p.116
cris quoque suis, & in colenda ad aquarum decursus Corâ, infi- p.123
deles sint æmulati; sicuti & progenerationem Filii ex Patre, in Minervæ nativitate; sacræ itidem cœnæ epulas, in Mithræ p.124
mysteriis: tum autem & discalceationem Mosaicam, in tem- p.119
plorum ingressu) & Eucharistiæ, sicuti tempore suo sunt celebrata, exequitur: arcana eorum explicans, & ceremonias solennes, videlicet Catechesin, jejunia, orationes, Trinitatis invocationem, & insuper Filii Dei apostolatum, & in assumta p.121
carne Passionem, assumtæque carnis & passionis ipsius causam: item defunctorum existentiam, Judæorum tam Patris quàm Fi- p.122
lii ignorationem: illud etiam admonens, non Deum Patrem, sed Filium ejus sanctis Patriarchis & Prophetis apparuisse. Probationem item Paulinam, quæ in Eucharistia & mysterio Corporis & Sanguinis Christi percipiendo, in sacris epulonibus

requi-

requiritur, breviter & disertè explicat: nec minus etiam Deo
p. 125 debitam doxologiam, stipis sacræ collationem, lectiones in conventibus solennibus & Conciones Ecclesiasticas commemorat.
p. 133 Postremò per Epilogum Principes, ut metu judicii divini, iniquum contra Christianos innocentes indictâ causâ supplicii irrogandi processum inhibeant, id quod cùm ex rescripto Adriani jure suo postulare posset, veritate tamen se & petitionis æquitate nixum potius poscere dicit. Apud Nicephor. Lib. IV. cap. 6. scriptum est, aliam quoque ejusdem argumenti Orationem Justinum composuisse, ad Marcum Antoninum (Philosophum) qui ab initio defensionis hujus Verissimus dicitur, Pii Antonini Successorem: sed ea non extat.

Est unum atque alterum in hâc Apologiæ Justini summâ, quod meretur animadversionem; sed prætereo ista, ultimis verbis exceptis, ubi dicit, Apologiam Justini ad Marcum Antoninum, cujus Nicephorus mentionem fecit, non extare. Ast omnino extat, & est illa ipsa, quam Langus *Auctor hujus Præfationis unà cum reliquis Justini Tractatibus Latinè versam edidit.* 53

TOT

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

Απολογία [2] πρώτη ὑπὲρ Χριστιανῶν, πρὸς Αντωνῖνον τὸν εὐσεβῆ.

SANCTI JUSTINI

Apologia prima pro Chriſtianis ad Antoninum Pium.

53 α'. [3] ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ Τίτῳ Αἰλίῳ Αδριανῷ Αντωνίνῳ εὐσεβεῖ, Σεβαστῷ Καίσαρι· Ϛ Ουηριστίμῳ [4] υἱῷ φιλοσόφῳ· καὶ [5] Λευκίῳ φιλοσόφῳ, Καίσαρος φύσει υἱῷ,

I. IMPERATORI Tito Ælio Adriano Antonino Pio, Auguſto Cæſari; & Veriſſimo filio Philoſopho; & Lucio Philoſopho, Cæſaris quidem nativo,

1 *υἱῷ*] Hanc vocem, quæ in editt. Græco-Latinis deeſt, ex *Rob. Steph.* editione reſtitui.

2 *πρώτη*] In MSS. & editt. dicitur *δεύτερα*, & ſecundo poſita eſt loco. Sed eam reapſe primam eſſe, jam inter omnes convenit. Unde ordine duarum Apologiarum in hac editione mutato, *πρώτην* hîc inſcribere placuit.

3 *Αὐτοκράτορι — ὑπατικῷ τὸ β'.*] Hæc prima periodus eodem fere tenore recitatur ab Euſebio lib. IV. Hiſt. Eccleſ. cap. 12. Paucæ verò diſcrepantiæ ad ſingula verba notabuntur.

4 *υἱῷ*] Non naturâ, ſed adoptione; quippe genitor ejus erat *Annius Verus*, teſte Julio Capitolino in Vita M. Antonini.

5 *Λευκίῳ φιλοσόφῳ, Καίσαρος φύσει υἱῷ.*] Ita Juſtini editt. & 4. MSS. Codices Euſebii, teſte Valeſio in notis ad Euſeb. lib. IV. cap. 12. Similiter Rufini editt. habent: *Et Lucio Philoſopho.* Contrà in editt. Euſebii & Nicephori extat *φιλοσόφῳ*, ita ut non ſit epitheton Lucii, ſed *Καίσαρος*, cujus ille *φύσει υἱὸς* dicitur. In tribus inſuper MSS. Bodleianis Rufini verba ita lego: *Et Lucio Philoſophi Cæſaris proprio filio.* Atqui hanc lectionem Valeſius præfert, quia ipſe Juſtinus in altera Apologia iterum ait: *υἱὸν φιλοσόφου Καίσαρος πάππον.* Verùm cùm iſthic quoque loci quædam exemplaria habeant *φιλοσόφου*, cumque Ælius Verus, cujus filius fuit Lucius, nullam Philoſophiæ operam dediſſe, aut Philoſophi titulo decoratus legatur; ſententiæ iſti ſubſcribere detrecto. Cui & iſtud obſtat, quod Valeſius ſibimet ipſi objicit, nec tamen

Pii autem adoptivo filio, eruditionis amatori; sacroque Senatui, & populo Romano universo; pro his, qui ex omni hominum genere injustè odiis & vexationi sunt obnoxii: Justinus, Prisci filius, Bacchii ne-

Ϛ εὐσεβοῦς ἀποποιητῷ, [1] ἐραστῇ παιδείας· ἱερᾷ τε συγκλήτῳ, καὶ [2] δήμῳ παντὶ Ρωμαίων, [3] ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων Ϛ ἐπηρεαζομένων, [4] Ἰουστῖνος Πρίσκου, ὁ Βακχείου τοῦ

solvit: *Si Justinus*, inquit, *Ælium Verum hîc designare voluisset, cur ejus nomen reticuisset? Neque enim Philosophi Cæsaris appellatio sufficere videtur ad designandum Ælium Verum, cum præsertim hæc appellatio communis sit etiam Marco.* Quocirca *Cæsaris*, id est, *Ælii Veri* (qui solo isto nomine indicari poterat, quia *primus tantùm Cæsaris nomen accepit*, teste in Vita ejus *Ælio Spartiano*) filium *Lucium Verum* hîc titulo Philosophi à Justino salutatum opinor, quia & Athenagoræ Apologia Marco Aurelio & huic *Lucio Ælio* vel *Aurelio Vero* φιλοσόφοις est inscripta. Sed quomodo Philosophi nomen convenit ἐρασῇ παιδείας, *amatori literaturæ*, uti eundem Lucium mox appellat Justinus? Sane videtur quidem posterior titulus infra prioris dignitatem aliquantum subsidere; attamen non ita ei repugnat, quin jungi queat. Ipse certe Justinus junxit mox sequenti pag. 3. lin. 18. τῷ φιλοσόφῳ — τῷ ἐραστῇ παιδείας. Et forte Justinus considerans *Lucium Verum* nomen *Philosophi* haud æquè mereri ac *Verissimum*, id est, *M. Aurelium*, illius titulo addidit, ἐρασῇ παιδείας, ut aliquod inter hos faceret discrimen, innueretque, Lucium non tam Philosophum, quàm inferioris literaturæ, nempe Rhetorices, Poëtices &c. amatorem esse.

cere, *post orationes*: *& melior quidem Orator fuisse dicitur, quàm Poëta; imo, ut verius dicam, pejor Poëta quàm Rhetor. Nec desunt qui dicant, eum fuisse adjutum ingenio amicorum, atque ab aliis ei illa ipsa, qualiacunque sunt, scripta: siquidem multos disertos & eruditos semper secum habuisse dicitur.* Sic amator magis literarum & literatorum erat quàm literatus.

1 ἐρασῇ παιδείας] Julius Capitolinus in Vita Lucii Veri cap. 2. ubi ejus magistros in Grammaticis, Rhetoricis, Philosophicis recensuerat, addit: *Hos omnes amavit unicè, atque ab his invicem dilectus est; nec tamen ingenuosus ad literas. Amavit autem in pueritia versus facere,*

2 δήμῳ παντὶ] Euseb. ordine inverso: παντὶ δήμῳ. SYLBURG.

3 ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων] *Gelenius* hæc Latinè reddidit: *pro generi humano injustè invisis*; similiter *Perionius*: *pro iis quos omne hominum genus injuriâ odit.* Quæ sententia congruit verbis Christi *Matth.* XXIV. 9. Sed Justinus istum, quem nos cum *Langio* expressimus, sensum intendisse videtur, siquidem & in Dialogo cum Tryph. p. 345. ait, ἀδὲ ἐν γδ ἔλος ἐστ τὸ γένος ἀνθρώπων, *Neque omnino quidem omnino est genus hominum*, in quo scilicet Christianæ religionis non fuerit exercitium. Unde & Rufinus apud Eusebium Justini verba hoc loco vertit: *pro viris ex omni hominum genere congregatis.* Quâ propositione Justinus intentionem forte excitare voluit, dicens, se non paucorum homuncionum, sed magnæ ubique terrarum multitudinis causam agere.

4 Ἰουστῖνος Πρίσκου, ὁ Βακχείου, τοῦ λαὶ Φλαυΐας Νέας πόλεως] In horum verborum versione ab omnibus Justini Interpretibus discessi, ejusque rationes jam dedi Tom. I. Spicilegii Patrum Seculi II. pag. 134. seq. Adde verò ibi dictis testimonium Methodii, quod in eodem

τ̃ ἀπὸ [1] Φλαβίας νέας πόλεως τ̃ Συρίας Παλαιστίνης, [2] ἧς αὐτῶν, τ̃ ὡς ἐφ' ὑμῶν χ̀ [3] ἐντυξιν [4] πεποίημαι.

β'. Τὰς κατὰ ἀλήθειαν εὐσεβεῖς χ̀ φιλοσόφους μόνον παλῃθὲς τιμᾶν καὶ σέβειν ὁ λόγος ὑπαγορεύει, ἀμιγεῖς μύθοις δόξας παλαιῶν ἐξακηλῆσαι, ἂν φαῦλαι ὦσιν. ὁ γὰ μόνον μὴ ἔπεσθαι τοῖς ἀδίκως τι πράξασιν, ἢ δογματίσασιν ὁ σώφρων λόγος ὑπαγορεύ· ἀλλ' ὀκ παντὸς τρόπ, ὃ δὲ τ̃ ἑαυτ̃ ψυχῆς τ̃ φιλαλήθη, κἂν θάνατος ἀπειλῆτ, τὰ δίκαια λέγειν τι χ̀ πράττειν αἱρεῖσθαι δεῖ. ὑμεῖς μὲν ἴσ [5] ὅτι λέγεσθε εὐσεβεῖς, χ̀ φιλόσοφοι, χ̀ φύλακες δικαιοσύνης, ὃ ἐραστὲ παιδείας, ἀκούετε πάντες χ̃· εἰ δ' ὃ ὑπάρχετε, [6] δεικθήσετ. ὁ γὰ κρ-

pos, Flaviâ Neapoli, quæ civitas eſt Syriæ Palæſtinæ, oriundorum, ex illis unus, orationem atque ſupplicationem offero.

II. Qui verè Pii & Philoſophi ſunt, iis ſolam veritatem honore & amore proſequendam eſſe ratio dictat, veterum, ſi pravæ ſint, neglectis declinatiſque opinionibus. Non enim ſolùm, ut ne eos, qui injuſtè quidquam egerint aut docuerint, ſequamur, ſana ratio ſuadet; verùm etiam modis omnibus, præ ſuâ quoque ipſius animâ veri amatorem, vel ſi mors intentetur, ut juſta & dicat & faciat, eligere oportet. Ac quod vos quidem *Pii*, & *Philoſophi*, & *Juſtitiæ cuſtodes*, & *Eruditionis amatores* vocemini, ubique auditis; an verò etiam ſitis, demonſtrabitur. Siquidem

eodem Tomo pag. 193. recitatur, & ſuffragium Rufini, qui priora Juſtini verba apud Euſeb. reddidit: *Juſtinus Priſci filius Bachiadis.*

1 Φλαυίας νέας πόλεως τ̃ Συρίας Παλαιστίνης,] Apud Euſeb. paulo aliter: Φλαυίας νέας πόλεως Συρίας τ̃ Παλαιστίνης.

2 ἧς αὐτῶν,] In *Rob. Steph.* edit. comma poſt ἧς eſt poſitum, ita ut ad τ̃ ἀπὸ Φλαυίας referatur. Sed ſine diſtinctione legendum bene monuit *Perionius*, ita ut Juſtinus ſe *unum illorum*, qui injuſtè odio habentur, Chriſtianorum his verbis profiteatur. Qui ſenſus clariſſimè elucet ex Euſebii lectione: ἧς αὐτῶν ὤν. Et ſane ὤν occaſione ejuſdem ſyllabæ proximè præcedentis excidiſſe videtur.

3 ἔντυξιν] De hac voce vide *Valeſii* annotationem ad Euſebii locum citatum.

4 πεποίημαι.] Ποιοῦμαι in Euſebio; quæ lectio meliùs mihi placet, licet non cum *Perionio* ſtatuam, Juſtinum ore hanc Apologiam coram Antonini pronunciaſſe.

5 ὅτι λέγεσθε] Notat *Henr. Steph.* fortaſſe duo iſta verba Juſtini non eſſe; ſed, cum Juſtinus ſcripſiſſet, ὑμεῖς μὲν ὄν εὐσεβεῖς, χ̀ φιλ. χ̀ φύλ. δικ. χ̀ ἐραστ̀ παιδείας, ἀκούετε πάντες χ̃, aliquem in margine ad ἀκούετε annotaſſe, ὁ ἐσι λέγεσθαι, idque poſtea in contextum irrepſiſſe. SYLBURG.

6 δεικθήσετ.] Δείξετε à Juſtino ſcriptum fuiſſe iterum conjectavit *Henr. Steph.* In quem ſenſum etiam *Gelenius* vertit,

quidem non adulaturi vos hôc ſcriptô, neque ad gratiam quidquam dicturi, ſed ut juxta exactam & exquiſitam rationem judicium faciatis, poſtulaturi acceſſimus: ne præconceptâ opinione, nec ſuperſtitioſis hominibus placendi ſtudio, neque à ratione alieno impetu, neque falſo, qui jam diu vos præoccupavit, rumore ducti, contra Voſmetipſos ſententiam feratis. Quippe à nemine nos quicquam mali pati poſſe reputamus, niſi malefacti convincamur, aut improbi cognitâ causâ deprehendamur. Vos autem occidere quidem poteſtis, nocere verò minimè.

III. Aſt ne quis hæc dicta vocem ſine ratione temere prolatam eſſe exiſtimet, oramus, ut in crimina ipſis (*Chriſtianis*) objecta inquiratur: atque ſi ita ſe habere probata fuerint, pro eo atque par eſt, puniantur,

λακεύσοντες ὑμᾶς ἀλλὰ τῶνδε
[1] τῶν γραμμάτων, ἁδὲ ψιλὸς
χάριν ὁμιλήσοντες, ἀλλ' ἀπαι-
τήσοντες κατὰ τὸν ἀκριβῆ καὶ
ἐξεταστικὸν λόγον τῶν κρίσιν ποιή-
σασθαι, [2] προεπιλελύθειμεν μὴ
προλήψει, μηδ' ἀνθρωπαρε-
σκείᾳ τῇ δεισιδαιμόνων κατε-
χομένους, ἢ ἀλόγῳ ὁρμῇ, [3] καὶ
χρονίᾳ προκατεχούσῃ φήμῃ
κακῇ, τῶν καθ' ἑαυτῶν ψῆ-
φον φέροντας. ἡμεῖς γὰρ
μηδὲν ὑπὸ πονηροῦ πεισθεῖσί τι κακὸν
δυνάσθαι λογιζόμεθα, ἢν μὴ κα-
κοῖς ἔργοις ἁλῶμεν ἐλεγχόμεθα, ἢ πονηροὶ
φανῶμεν. ὑμεῖς δ' ἀποκτεῖ-
ναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δ' οὔ.

γ'. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἄλογον φω-
νὴν καὶ πλημμελῆ δόξῃ τις τοῦ-
το εἶναι, ἀξιοῦμεν τὰ κατηγο-
ρούμενα αὐτῶν ἐξετάζεσθαι καὶ
ἐὰν ὄντως ἔχοντα ἀποδεικνύω-
μεν, κολάζεσθαι, ὡς πρέπον ἐστὶ,
[1] μᾶλλον

vertit, *declarabitis*. Sed mihi magis placet δειχθήσεται, *demonſtrabitur*, hâc nempe Apologiâ, quâ Juſtinus ſatis exponit, quam iniquè cum priſcis Chriſtianis actum fuerit.

1 τῶν γραμμάτων,] Vitioſa eſt altera lectio, quam *R. Steph.* ad calcem ſuæ editionis poſuit, τῶν πραγμάτων. Rejicienda quoque *Sylburgii* conjectura, qui ait aptiùs reponi, τῶν κατηγορουμένων. Quippe ineptum eſt, textui optimè habenti medelam afferre.

2 προεπιλελύθειμεν,] Convenientiùs, προεπιλελύμεθα præterito perfecto. SYLBURG.

3 καὶ χρονίᾳ προκατεχούσῃ φήμῃ κακῇ,] Quod hic Juſtinus in ipſo Apologiæ principio precibus ab Imperatore contendit, idipſum ad ejus imitationem Athenagoras iiſdem verbis petit pag. 4. Ἀναγκαῖον δὲ μοι ἀρχομένῳ ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ ἃ λόγου ἀδικεῖσθαι ὑμῶν, μάλιστα αὐτοκράτορες, ἵνα μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ φήμῃ συνεπιχειρεῖν ἐοικότες προκατεχθῆτε. *Neceſſarium autem mihi videtur, ab inuito hujus Apologiæ Vos orare, ſumme Imperatores, ut orationem meam æquis animis audiatis, neque communis & nullâ ratione ſtabilis rumoris præjudicio abripiamini.*

1 μᾶλλον

1 μᾶλλον ἢ κολάζειν. εἰ ἢ μηδὲν ἔχοι τις ἐλέγχειν, ἀχ ὑπαγορεύει ὁ ἀληθὴς λόγος, ἀξιοῖ φήμῃ πονηρᾷ ἀναιτίους ἀνθρώπους ἀδικεῖν, μᾶλλον δὲ ἑαυτοὺς, οἳ ἀ κρίσει, ἀλλὰ πάθει 2 τὰ πράγματα ἐπάγειν ἀξιοῦτε. καλεῖ δὲ ἓ μόνῃ δικαίαν πρόκλησιν πειστῆναι πᾶς ὁ σωφρονῶν ἀποφαίνεται, τὸ τοῦ ἐρχομένου τῇ εὐθύνῃ ἓ ἑαυτῶν βίῳ καὶ λόγῳ ἄληπτον παρέχειν· ὁμοίως δὴ αὖ καὶ τοὺς ἄρχοντας μὴ βίᾳ, μηδὲ τυραννίδι, ἀλλ' εὐσεβείᾳ ἀ φιλοσοφίᾳ ἀπολαῦσιν πᾶς, τῇ ψήφῳ πίθεσθ. ἔτως γὰρ ἂν ἀ οἱ ἄρχοντες ἀ οἱ ἐρχόμενοι ἀπολαύοιεν ἓ ἀγαθῦ. ἔφη γάρ πε καί 3 τις τῶν παλαιῶν, ἂν μὴ οἱ ἄρχοντες φιλοσοφήσωσι, ἓ οἱ ἐρχόμενοι, οὐκ ἂν εἴη πώς πόλις εὐδαιμονήσῃ. ἡμέτερον ἓν

seu potius *ipsi* puniatis. Sin nihil quisquam, quod coarguere possit, habeat; non dictat vera ratio, ut propter malum rumorem insontes homines, imo vosmetipsos magis, qui non judicio, sed affectu mala eis inferre æquum censetis, injuriâ afficiatis. Atqui hanc in jus vocandi rationem solam honestam & justam esse quivis prudens pronunciabit; si subditi inculpabilem factorum dictorumque suorum reddituros sit rationem offerant: similiter autem si Principes vicissim non vi & tyrannide, sed pietate & philosophia ducti sententiam ferant. Hoc namque pacto & Principes, & qui Principibus parent, bono perfruentur. Dixit enim & ex priscis quidam: *Nisi & Principes & cives philosophentur, fieri non posse, ut beatæ sint civitates.* Nostrum igitur fuerit,

1 μᾶλλον δὲ κολάζειν.] Πυκρότερον addi vult *Sylburgius*, ductus versione *Langi*: *seu potius acriùs puniamus*. Atque ita habet Athenagoras p. 3. Attamen nulla additio necessaria, Justini verò sententia hæc esse videtur: *Si crimina Christianis objecta fuerint probata, puniantur; quòd potiùs vos ipsi puniatis.* Satius enim est, poenas à Magistratu decretas sufferre, quàm in manus infamæ plebis incidere.

2 τὰ πράγματα ἐπάγειν ἀξιοῦτε.] Suspicor pro ἐπάγειν substituendum esse ἐξετάζειν, *examinare*. *Bill.* lib. 2. observat. sacr. cap. 6. Cui conjecturæ favet, quod posthæc. pag. 9. lin. 9. sequitur: ὁ κρίσις (κρίσει) ἐξετάζων, ἀλλὰ ἀλόγῳ πάθει &c. Neque tamen hâc emendatione opus est, si πράγματα pro ἐνοχλήσεσι, *molestiis, vexationibus* accipiantur, ut in versione expressi.

3 τῶν παλαιῶν,] Dictum est Platonis lib. v. de Republ. quod à Philone quoque refertur pag. 445. & à Ciceronе Epist. ad Q. fratrem. Idem & Marco Antonino semper in ore fuisse, annotatum (à Julio Capitolino in Vita ejus cap. 27.) SYLBURG. Imo & de Antonino Pio Aurelius Victor: *Adeo*, inquit, *æquâti probîsque moribus, ut planè docuerit, eo demùm fortunatas urbes fore, si Regna sapientiæ sint.* Hôc itaque dicto Impp. adeo familiari prudenter usus est S. Martyr.

1 ὅπως

ὑμᾶς ἐξηγημένων ἡμῶν προσέχετε μᾶλλον.

ιζ'. Προλέγομεν γὰρ ὑμῖν φυλάσσεσθαι, μὴ οἱ προσλαλοῦντες ὑφ' ἡμῶν δαίμονες ἐξαπατήσωσιν ὑμᾶς, καὶ ἀποστρέψωσι τὸ ὅλως ἐπιτυχεῖν καὶ σωθῆναι τοὺς λεγομένους· (ἀγωνίζονται γὰρ ἔχειν ὑμᾶς δούλους καὶ ὑπηρέτας, καὶ ποτὲ μὲν δι' ὀνείρων ἐπιφανείας, ποτὲ δὲ αὖ διὰ μαγικῶν προφῶν χειρώσασθαι πάντας οὐ σοὶ δοκεῖ ὅπως ἐκεῖνοι τὸ αὐτῶν σωτήριον ἀγωνιζόμενοι·) ὃν τρόπον καὶ ἡμεῖς, μὴ τῷ τῶν λόγῳ πιθόμενοι, ἀπέστημεν, Θεῷ δὲ μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐπόμεθα· οἱ πάλαι μὲν πορνείαις χαίροντες, νῦν δὲ σωφροσύνῃ μόνῃ ἀσπαζόμενοι· οἱ δὲ καὶ μαγικαῖς τέχναις χρώμενοι, ἀγαθῷ καὶ ἀγεννήτῳ Θεῷ ἑαυτοὺς ἀνατεθείκότες· χρημάτων δὲ καὶ κτημάτων οἱ πρὸς πάντας μᾶλλον στέργοντες, νῦν καὶ ἃ ἔχομεν εἰς κοινὸν φέροντες, καὶ παντὶ δεομένῳ

vobis exponimus, ut attentè audiatis, vos hortamur.

XVII. Prædicimus namque, cavendum vobis esse, ne præaccusati à nobis dæmones vos seducant, & à legendis prorsùs atque intelligendis hisce, quæ dicuntur, avertant: (contendunt enim summoperè illi habere vos servos & administros: atque aliquando quidem per somniorum visa, nonnunquam verò per magicas præstigias cunctos sibi mancipant, qui de salute suâ non sunt solliciti:) quemadmodum & nos à Verbo persuasi, ab illis quidem descivimus, solum verò ingenitum Deum per Filium sequimur: & qui olim stupris gaudebamus nunc castitatem solam complectimur: qui verò magicis artibus utebamur, bono & ingenito nos consecravimus Deo: qui pecuniarum & possessionum quæstus *proventusve* præ rebus omnibus adamabamus, nunc etiam ea quæ habemus, in commune conferimus, & cum indigentibus quibusque commu-

1 οἱ πάλαι μὲν πορνείαις χαίροντες, &c.] De mira hac Christianæ doctrinæ in animis hominum efficaciâ hisce Justini gemina, ac notatu dignissima sunt verba Lactantii lib. III. cap. 26. *Dei præcepta — quantum valeant in animis hominum, quotidiana experimenta demonstrant. Da mihi virum qui sit iracundus, maledicus, effrænatus; pauciſſimis Dei verbis tam placidum quàm ovem reddam. Da cupidum, avarum, tenacem; jam tibi eum liberalem dabo, & pecuniam ſuam plenis manibus largientem. Da timidum doloris ac mortis; jam cruces, & ignes, ſaurum contemnes. Da libidinoſum, adulterum, ganeonem; jam ſobrium, caſtum, continentem videbis. Da crudelem & ſanguinis appetentem; jam in veram clementiam furor ille mutabitur. Da injuſtum, inſipientem, peccatorem; continò & æquus, & prudens, & innocens erit. Uno enim lavacro (Baptiſmo) malitia omnis abolebitur.*

communicamus: qui odiis & cædibus mutuis inter nos graſſabamur, & cum eis, qui tribules noſtri non eſſent, propter inſtituta (*diverſa*) communem focum non habebamus, nunc à Chriſti apparitione convictores ſumus, & pro inimicis oramus, quique nos iniquo proſequuntur odio, ſuaſione flectere conamur, ut ſecundum honeſta Chriſti præcepta vitam agentes bonam ſpem habeant, eadem nobiſcum à Deo omnium dominatore (*bona*) eſſe conſecuturos.

XVIII. Ne autem vos arte circumvenire videamur, bene factum fore putavimus, ſi paucas quaſdam ipſius Chriſti doctrinas ante demonſtrationem commemoraverimus: atque veſtrum eſto, qui potentes eſtis Imperatores, an verè iſta docti ſimus, & doceamus, diſpicere. Breves autem & compendioſi fuere ejus ſermones: neque enim Sophiſta exſtitit; ſed virtus Dei Verbum ejus fuit. Itaque de caſtitate tantundem dixit: *Qui inſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam,*

κοινωνοῦντες· οἱ μισούμενοι ἢ κ̀ 1 ἀλληλοφόνοι, καὶ πρὸς οὓς ἐκ ὁμοφύλους ἅπαξ τὰ ἔθη 2 ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι, νυνὶ μετὰ τ̀ ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ, ὁμοδίαιτοι γινόμενοι, καὶ ὑπὲρ τ̀ ἐχθρῶν εὐχόμενοι, καὶ τοὺς ἀδίκως μισοῦντας πείθειν πειρώμενοι, ὅπως οἱ κατὰ τὰς τοῦ Χριστοῦ καλὰς 62 ὑποθήκας βιώσαντες, εὐέλπιδες ὦσι, σὺν ἡμῖν τῶν αὐτῶν παρὰ τοῦ πάντων δεσπόζοντος Θεοῦ τυχεῖν.

ιη'. Ινα δὲ μὴ σοφίζεσθαι ὑμᾶς δόξωμεν, ὀλίγων τινῶν τῶν παρ' αὐτοῦ δ' Χριστοῦ διδαγμάτων ὀλίγα μνημονεῦσαι καλῶς ἔχειν πρὸ τ̀ ἀποδείξεως ἡγησάμεθα· κ̀ ὑμέτερον ἔστω, εἰ δυνατῶν βασιλέων, ἐξετάσαι εἰ ἀληθῶς ταῦτα δεδιδάγμεθα καὶ διδάσκομεν. βραχεῖς δὲ κ̀ σύντομοι παρ' αὐτοῦ λόγοι γεγόνασιν· ἀ γὰ σοφιστὴς ὑπῆρχεν, 3 ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν. περὶ μὲν οὖν σωφροσύνης τοσοῦτον εἶπεν· * 4 ὃς ἂν ἐμβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τ̀ ἐπιθυμῆσαι

* Matth. v. 28.

1 ἀλληλοφόνοι,] His conſonant quæ habet inferiùs pag. 78. (edit. Pariſ.) Καὶ οἱ πάλαι ἀλληλοφόνται, ἀ μόνον ἀ πολεμοῦμεν τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλ' -- ἤδεως ὁμολογοῦντες τ̀ Χριστὸν ἀποθνήσκομεν.

2 ἑστίας κοινὰς] Nihil opus eſt, cum *Stephano* legere πάσχειν κ̀ ἑστίας, ſiquidem alterum horum verborum ſufficit.

3 ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ] Videtur S. Martyr alluſiſſe ad verba Apoſtoli 1 Corinth. i. 24.

4 ὃς ἂν ἐμβλέψῃ] Tam hîc, quàm in ſequentibus, non ipſa Chriſti verba, prout in ſacro Evangeliorum Codice extant, exactè per omnia recitare; ſed ſententiam aliquando eorum Imperatoribus Ethnicis tradere, S. Martyri commodum viſum fuit.

1 συμφόρα

μῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσε τῇ καρδίᾳ παρὰ τῷ Θεῷ. κ, [a] εἰ ὁ ὀφθαλμός σε ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔκκλψον αὐτόν. [1] συμφέρει γάρ σοι μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἢ μὴ τοὺς δύο πεμφθῆναι εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ. καὶ, [b] ὃς γαμεῖ ἀπολελυμένην ἀφ' ἑτέρου ἀνδρός, μοιχᾶται. καὶ, [c] εἰσί τινες, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· εἰσὶ δὲ οἱ ἐγεννήθησαν εὐνοῦχοι· εἰσὶ δὲ οἱ εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· πλὴν οὐ πάντες τὸν λόγον τοῦτον χωροῦσιν. ὥσπερ καὶ οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ διγαμίας παίμενοι, ἁμαρτωλοὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ εἰσί, καὶ οἱ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς. [2] ὁ γὰρ μόνον ὁ μοιχεύων ἔργῳ ἐκβέβληται παρ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὁ μοιχεύσαι βουλόμενος· ὡς ὁ τῶν ἔργων φανερῶν μόνον τῷ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνθυμημάτων. [3] καὶ πολλοί τινες καὶ πολλαὶ, ἑξηκονταετῆ καὶ ἑβδομηκονταετῆ, οἱ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ,

jam adulterium commisit corde coram Deo. Et, *Si oculus tuus dexter offendiculo tibi fuerit, erue eum: expedit enim tibi, luscum te potius ingredi in Regnum cœlorum, quàm duos habentem oculos mitti in ignem æternum.* Et, *qui repudiatam à viro altero duxerit, adulterium committit.* Et, *Sunt quidam, qui facti sunt eunuchi ab hominibus: sunt & qui eunuchi nati sunt: sunt verò etiam, qui seipsos castraverunt propter Regnum cœlorum. Verùm non omnes hoc capiunt.* Adeo ut & lege humanâ duplex contrahentes matrimonium, apud doctorem nostrum sint peccatores, & fœminam ad concupiscendam eam adspicientes. Non enim tantùm, qui adulterium actu committit, ab eo rejicitur, sed etiam adulterium committere volens: videlicet quòd non opera solùm, verùm animi consilia quoque manifesta sint Deo. Ac multi sexûs utriusque, & sexaginta & septuaginta nati annos, qui à pueris disciplinam Christi sunt assectati,

a Ibidem vers 29. & XVIII 9. b Iterum Matth v. 32. & XIX. 9 c Matth. XIX. 11, 12.

1 συμφέρει γάρ σοι.] Adverbium μᾶλλον subintelligendum monet Sylburg. Sed hoc leve est.

2 ὁ γὰρ μόνον ὁ μοιχεύων] Hæc descripsit Irenæus lib. 2. cap. 56. pag. 187. col. 1. lin. 5. *Apud quem* (Dominum) *non solùm qui mœchatur, ex-*

pellitur, sed & qui mœchari vult: ubi vide annotata.

3 Καὶ πολλοί τινες καὶ πολλαί.] Confer quæ S. Martyr habet lib. de Resurrectione Tom. 1. Spicilegii Patrum Seculi II. pag. 180. quæque ad ea pag. 247. annotavi.

ſectati, in incorruptâ perſeverant virginitate: & glorior, me per omne genus hominum tales commonſtrare poſſe. Quid enim innumerabilem eorum dicam multitudinem, qui ab intemperantia converſi ſunt, & hæc didicerunt inſtituta? Non enim juſtos, neque temperantes ad pœnitentiam vocavit Chriſtus; ſed impios, & incontinentes, & injuſtos. Sic enim inquit: *Non veni vocatum juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* Pœnitentiam namque mavult, quàm pœnam cœleſtis Pater.

XIX. De omnibus autem diligendis iſta docuit: *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quid novi facitis? hoc enim & fornicatores faciunt. Ego verò dico vobis: orate pro inimicis veſtris, & diligite eos, qui odio vos proſequuntur, & benè precemini devoventibus vos, & orate pro iis, qui lædunt vos.* De communicatione porrò facultatum cum egentibus, & quòd nihil ſit ad gloriam aucupandam faciendum, hæc præcepit: *Omni petenti date, & mutuò ſumere volentem ne averſemini. Si namque mutuò his datis, à quibus vos recepturos*

ἄφθοροι παρθένοι· καὶ εὔχομαι κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων τοιούτους δεῖξαι. τί γὰρ καὶ λέγομεν τὸ ἀναρίθμητον πλῆθος τῶν ἐξ ἀκολασίας μεταβαλόντων, καὶ ταῦτα μαθόντων; οὐ γὰρ οὗτος δικαίους, οὐδὲ σώφρονας εἰς μετάνοιαν ἐκάλεσεν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀκολάστους, καὶ ἀδίκους. εἶπε δὲ ἔτως· *οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.* θέλει γὰρ ὁ πατὴρ ὁ ἐπουράνιος τὴν μετάνοιαν ἢ ἁμαρτωλοῦ, ἢ τὴν κόλασιν αὐτοῦ.

ιθ'. Περὶ δὲ τοῦ φιλεῖν ἅπαντας, ταῦτα ἐδίδαξεν· εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τί καινὸν ποιεῖτε; καὶ γὰρ οἱ πόρνοι τοῦτο ποιοῦσιν. ἐγὼ δὲ ὑμῖν λέγω, εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, καὶ ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. εἰς δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῖς δεομένοις, καὶ μηδὲν πρὸς δόξαν ποιεῖν, ταῦτα ἔφη· παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε, καὶ τὸ βαλόμενον δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῆτε. εἰ γὰρ δανείζετε παρ' ὧν ἐλπίζετε

a Matth. ix. 13. & Luc. v. 32. b Matth. v. 44, 46. & Luc. vi. 27, 28, 32. c Matth. v. 42. & Luc. vi. 30, 34.

1 θέλει γὰρ] Subaudiendum adverbium μᾶλλον. Qualis ellipſis & in vulgato illo: θέλω τὸν ἔλεον ἢ πίδον φρενῶν. Imitati etiam Latini, & inter recentiores Ammianus Marcellinus. SYLBURG.

λαβεῖν,

λαβεῖν, τί καινὸν ποιεῖτε; τοῦτο καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσιν. [a] ὑμεῖς δὲ μὴ θησαυρίζητε ἑαυτοῖς ὅπου ὁ ἰὸς, ὅπου σὴς βιβρώσκει ἀφανίζει, καὶ λῃστεύουσι· θησαυρίζετε δὲ ἑαυτοῖς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βιβρώσκει ἀφανίζει. [b] τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἂν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα; θησαυρίζετε οὖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βιβρώσκει ἀφανίζει. καὶ, [c] γίνεσθε οὖν χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν χρηστός ἐστι καὶ οἰκτίρμων, καὶ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς, καὶ δικαίους, καὶ πονηρούς. [d] μὴ μεριμνᾶτε οὖν τί φάγητε, ἢ τί ἐνδύσησθε· οὐχ ὑμεῖς τὰ πετεινὰ καὶ τὰ θηρία διαφέρετε; καὶ ὁ θεὸς τρέφει αὐτά. [e] μὴ οὖν μεριμνήσητε τί φάγητε, ἢ τί ἐνδύσησθε· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὅτι τούτων χρείαν ἔχετε. ζητεῖτε οὖν τὴν βασιλείαν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. [f] ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός ἐστιν, ἐκεῖ καὶ ὁ νοῦς τοῦ ἀνθρώπου. καὶ [g] μὴ ποιεῖτε πάντα πρὸς τὸ θεαθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

speratis, quid novi facitis? faciunt hoc & publicani. Vos autem ne vobis thesauros reposueritis in terrâ, ubi ærugo & tinea corrumpit, & prædones effodiunt: sed recondite vobis thesauros in cœlis, ubi neque ærugo neque tinea corrumpit. Quid enim prodest homini, si mundum totum lucratus fuerit, animam verò suam perdiderit? aut quidnam permutatione pro eâ dabit? comparate ergo thesauros in cœlis, ubi nec ærugo nec tinea demolitur. Et, Estote autem benigni & misericordes, sicut Pater vester benignus est & misericors, ac solem suum oriri facit super peccatores, & justos, & malignos. Ne sollicitè curetis, quid esturi sitis, aut quò induamini, annon vos volucribus & feris præstatis? & Deus alit illa. Ne igitur solliciti sitis, quid esturi sitis, aut quibus usturi indumentis: Novit enim Pater vester cœlestis, vos hisce indigere. Querite autem Regnum cœlorum, & omnia hæc adjicientur vobis. Ubi enim thesaurus, illic & mens hominis est. Et, Ne ista feceritis, ut spectaculo sitis hominibus: sin autem, mercedem à Patre vestro cœlesti non habetis.

a Matth. VI. 19, 20. *b* Matth. XVI. 26. & Luc. IX. 25. *c* Matth. V. 45, 48. Luc. VI. 35, 36. *d* Matth VI 25. seq. & Luc. XII. 22, 24. *e* Matth. VI. 31. seqq. & Luc. XII. 29 seqq. *f* Matth. VI. 21. & Luc. XII. 34. *g* Matth. VI. 1, seqq.

XX. Porro

XX. Porro de eo, ut malos patienter toleremus, & omnibus inserviamus, atque iraſci ſuperſedeamus, quæ dixit, hæc ſunt: *Verberanti maxillam tuam, præbe quoque alteram: & auferentem tunicam aut pallium, ne prohibueris. Qui verò irâ excanduerit, ad ignem condemnationi obnoxius fuerit. Omnem autem adigentem te ad milliare unum, duobus illum comitare. Luceant verò benefacta veſtra coram hominibus, ut illi ea cernentes, admirentur Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Non enim reluctari oportet: neque imitatores eſſe malorum vult Deus; ſed per patientiam & lenitatem omnes à probro & cupiditate malorum abducendos eſſe hortatus eſt. Quod ſanè de multis etiam qui nobiſcum fuere, oſtendere poſſumus, qui ex violentis & truculentis alii prorſus evaſerunt victi, dum aut vicinorum conſtantiam vitæ ſequerentur, aut comitum itineris, qui defraudarentur, inuſitatam patientiam perſpicerent, aut fidem ſecum negotiantium experirentur.

κ'. Περὶ δὲ τῦ ἀνεξικάκως εἶναι, καὶ ὑπηρετικῶς πᾶσι, καὶ ἀοργήτως, ἃ ἔφη, ταῦτά ἐστι· τῷ τύπτοντί σε τ σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην· καὶ τ αἴροντά σε τ χιτῶνα, ἢ τὸ ἱμάτιον, μὴ κωλύσῃς. [b] ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὸ πῦρ. [c] παντὶ δὲ ἀγγαρεύοντί σοι μίλιον, ἄπελθησον δύο. [d] λαμψάτω δὲ ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα βλέποντες θαυμάζωσι τ πατέρα ὑμῶν τ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. [1] ὁ γὰρ ἀνταμύνεσθαι δεῖ· οὐδὲ μιμητὰς εἶναι τῶν φαύλων βεβούληται ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ πραότητος, ἐξ αἰσχύνης καὶ ἐπιθυμίας τῶν κακῶν ἄγειν πάντας ἐπεστρέψατο. ὃ γὰρ καὶ ἐπὶ πολλῶν τ παρ' ἡμῖν γεγενημένων ἐπιδεῖξαι ἔχομεν, ἐκ βιαίων καὶ τυραννων μετέβαλον ἡττηθέντες, ἢ γειτόνων καρτερίαν βίᾳ θαλαττευθήσεσθαι, ἢ συνοδοιπόρων τελεσενεχθησομένων ὑπομονὴν ξένην καταγνόντες, ἢ συμπραγματευομένων πειραθέντες.

XXI. Ne autem juremus omnino, atque ut vera ſemper

κα'. Περὶ δὲ τῦ μὴ ὀμνύειν ὅλως, παλαιὸν δὲ λέγειν ἀεὶ,

[a] Matth. v. 39. 40. & Luc. vi. 29. [b] Matth. v. 22. [c] Eodem cap. verſ. 41. [d] Ibid. verſ. 15.

1 ὁ γὰρ ἀνταμύνεσθαι δεῖ.] Ut Juſtinus hîc ἀνταμύνεσθαι vetat, ita Chriſtiani apud Syneſium, οὐκ ἀνταμύνεσθαι, ἀλλ' ἱκετεύσαι. SYLBURG. ex *Lango*.

ὅτως

ὄτως παρεκελεύσατο· [a] μὴ ὀμόσητε ὅλως· ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναί· καὶ τὸ ὄ, ὄ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ. ὡς δὲ καὶ τὸ Θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν, ὅτως ἔφησεν, εἰπών, [b] μεγάλη ἐντολή ἐστι, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, Κύριον τὸν Θεὸν τὸν ποιήσαντά σε. καὶ προσελθόντος αὐτῷ τινὸς, καὶ εἰπόντος, [c] διδάσκαλε ἀγαθὲ, ἀπεκρίνατο λέγων· οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας τὰ πάντα.

κβ'. Οἱ δ' ἂν μὴ εὐρίσκωνται βιοῦντες ὡς ἐδίδαξε, γινωσκέσθωσαν μὴ ὄντες Χριστιανοὶ, κἂν λέγωσιν ἀφ' γλώττης τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα· ὁ γὰρ τοῦτον μόνον 64 λέγοντας, ἀλλὰ τοῦτον καὶ τὰ ἔργα πράττοντας, σωθήσεσθαι ἔφη. εἶπε γὰρ ὅτως· [d] οὐχὶ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. [e] ὃς γὰρ ἀκούει μου, καὶ ποιεῖ ἃ λέγω, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με. [f] πολλοὶ γάρ ἐρεῖσί μοι, Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν, καὶ δυνάμεις ἐποιήσαμεν; καὶ τότε ἐρῶ αὐτοῖς, ἀποχωρεῖτε

loquamur, sic præcepit: *Ne juretis omnino, sed sit vestrum Est, est, & Non, non: quod verò ultra hæc additur, ex malo proficiscitur.* Deum porro solum colendum esse, ita suasit, dicens: *Maximum mandatum est: Dominum Deum tuum adorabis, atque illum solum coles ex toto corde tuo, & ex totâ fortitudine tuâ*, Dominum Deum tuum, qui fecit te. Et accedente ad eum quodam, atque dicente, *Magister bone*: respondit, inquiens: *Nemo bonus, præterquam solus Deus*, qui condidit omnia.

XXII. Atenim qui non ita vivere comperiuntur, sicut ille docuit, certum id documentum est, non esse Christianos, quamvis doctrinam Christi linguâ profiteantur. Non enim profitentes tantùm, sed operibus simul se exercentes salutem consecuturos dicit. Sic enim ait: *Non quisquis mihi dicit, Domine, Domine, introibit in Regnum cœlorum: sed qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est. Nam qui me audit, & quæ dico, facit, eum audit, qui misit me. Permulti autem dicent mihi: Domine, Domine, nonne in nomine tuo edimus & bibimus, & virtutes præstitimus? Et tunc dicam eis: Discedite à me, qui*

[a] Matth. v. 34,37. [b] Matth. iv. 10. & Marc. xii. 30. [c] Matth. xix. 16,17. [d] Matth. vii. 21. [e] Ibid. vers. 24 & Cap. x. 41. [f] Matth. vii. 22. & Luc. xiii. 26. seqq.

operamini

operamini iniquitatem. Tunc fletus erit & stridor dentium, cùm justi quidem ut sol fulgebunt, injusti autem mittentur in ignem sempiternum. Multi siquidem venient sub nomine meo, extrinsecus ovium pellibus induti, cùm intrinsecus lupi sint rapaces. Ex operibus eorum cognoscetis illos. Omnis autem arbor non faciens fructum bonum, exciditur, & in ignem conjicitur. Cæterùm eos, qui minùs consentaneam præceptis ejus agunt vitam, Christianique tantummodò dicuntur, à vobis quòque puniri rogamus.

XXIII. Vectigalia sanè & censûs eis, qui à vobis sunt ordinati *exactoribus*, præ omnibus ubique pendere contendimus: quemadmodum ab eo fumus instituti. Illo namque tempore accedentes quidam, percunctati sunt ex illo, an Cæsari vectigalia pendere oporteat? qui responsum hoc ab eo accepere: *Dicite*, inquit, *mihi, cujus imaginem nummus habet*? qui ubi dixissent, *Cæsaris*; rursum respondit: *Reddite igitur quæ Cæsaris sunt, Cæsari; & quæ Dei, Deo.* Proinde nos solum Deum adoramus: vobis verò in rebus aliis læti inservimus, Imperatores ac Principes hominum esse profitentes, & simul pre-

ἀπ' ἐμοῦ ἐργάται τῆς ἀνομίας. ἔστε
a κλαυθμὸς ἔσται, καὶ βρυγμὸς
τῶν ὀδόντων· ὅταν οἱ μὲν δίκαιοι
λάμψωσιν ὡς ὁ ἥλιος· οἱ δὲ
ἄδικοι πέμπωνται εἰς τὸ αἰώνιον
πῦρ. πολλοὶ γὰρ ἥξουσιν ἐπὶ τῷ
ὀνόματί μου, b ἔξωθεν μὲν ἐνδε-
δυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσω-
θεν δὲ ὄντες λύκοι ἅρπαγες.
ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε
αὐτούς. πᾶν δὲ δένδρον μὴ ποιοῦν
καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ
βάλλεται. κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ
ἀνολόθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ
βιοῦντας, λεγομένους δὲ μόνον Χρι-
στιανοὺς, καὶ ὑφ' ὑμῶν αἰτούμεθα.

κγ'. Φόρους δὲ καὶ εἰσφορὰς
τοῖς ὑφ' ὑμῶν τεταγμένοις πάν-
τοσι χῆ πρὸ πάντων προσήμεθα φέ-
ρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρ' αὐ-
τοῦ. κατ' ἐκεῖνο γὰρ τὸ καιρὸ
c παρεγενόντες τινὲς, ἠρώτων 65
αὐτὸν, εἰ δεῖ Καίσαρι φόρους τε-
λεῖν· καὶ ἀποκρίματα, εἰπατέ
μοι, τίνος εἰκόνα τὸ νόμισμα
ἔχει; οἱ δὲ ἔφασαν, Καίσαρος·
καὶ πάλιν ἀντεπεκρίνατο αὐ-
τοῖς· ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος
τῷ Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ
τῷ Θεῷ. ὅθεν Θεὸν μὲν μόνον
προσκυνοῦμεν· ὑμῖν δὲ πρὸς
τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦ-
μεν, βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ἀν-
θρώπων ὁμολογοῦντες, καὶ εὐχό-

a Matth. xiii. 42. seqq. b Matth. vii. 15, 16, 19. c Matth. xxii. 17. seqq.

μενοι

μθμοι μὴ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας ὑμᾶς εὐρεθῆναι. εἰ δὲ καὶ ἡμῶν εὐχομένων καὶ πάντας εἰς φανερὸν τιθέντων [1] ἀφρονήσητε, ἐδὲν ἡμᾶς βλαβησόμεθα, πιστεύοντες, μᾶλλον δὲ καὶ πεπεισμένοι, κατ' ἀξίαν τῶν πεπραγμένων ἕκαστον τίσειν ἀπὸ πυρὸς αἰωνίου δίκας, καὶ ἀπὸ ἀναλογίαν ὧν ἔλαβε δυνάμεων παρὰ Θεοῦ, τὸν λόγον ἀπαιτηθήσεσθαι, ὡς ὁ Χριστὸς ἐμήνυσεν εἰπών· * ᾧ πλέον ἔδωκεν ὁ Θεὸς, πλέον καὶ ἀπαιτηθήσεται παρ' αὐτοῦ.

κδ'. Ἀποβλέψατε γὰρ ἀπὸ τοῦ τέλους ἑκάστου τῶν γενομένων βασιλέων, ὅτι τὸ κοινὸν πᾶσι θνητὸν ἀπέθανεν [2] ὅπερ, εἰ εἰς ἀναισθησίαν ἐχώρει, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς ἀδίκοις πᾶσιν. ἀλλ' ἐπεὶ ἡ αἴσθησις πᾶσι τοῖς γενομένοις μένει, καὶ κόλασις αἰωνία ἀπόκειται, μὴ ἀμελήσητε πεισθῆναί τι ἡμῖν πιστεύσαι ὅτι ἀληθῆ τυγχάνει.

cantes, ut cum Imperiali poteſtate ſanam quoque mentem obtinere comperiamini. Quod ſi nos *hæc ita* precantes, atque omnia noſtra in propatulum proferentes, non curaveritis, nihil nos quidem capiemus detrimenti, credentes, ac potiùs certò perſuaſi, unum pro ſe quemque pro factorum ſuorum dignitate pœnas per ignem perpetuum daturum, juxtaque proportionem acceptæ à Deo poteſtatis, rationem ab eo exactum iri, ſicuti Chriſtus indicavit dicens: *Cui plus contulit Deus, plus etiam repoſcet ab eo.*

XXIV. Reſpicite finem cujuſlibet deceſſorum veſtrorum Imperatorum, qui communi omnium obitu obierunt. Is ſi in ſtatum ſenſûs omnis vacuum evaderet, lucroſus injuſtis omnibus eſſet. Sed enim cùm ſenſus omnibus defunctis remaneat, & pœna æterna injuſtis ſit repoſita; diligentiam adhibete ut vobis hæc vera eſſe perſuadeatis & credatis. Vel

* Luc. XII. 48.

1 ἀφρονήσητε.] *H. Steph.* ſuſpicatur à Juſtino additum fuiſſe, ἢ ἀνοήτως, & *inſaniveritis*. SYLBURG. Sed nulla additio hoc loco eſt neceſſaria.

2 ὅπερ, — γενομένοις — μὴ ἀμελήσητε.] Pro ὅπερ cenſeo ſubſtituendum ὅστις, nec non ἀπογενομένοις pro γενομένοις. Errotis autem præbere occaſionem potuit, tum quod rarum ideoque minùs cognitum ſit vocabulum iſtud, tum quod γενομένοις præcedat valde parvo intervallo. Addo & iſtud, pro ἐστὶ aliquod fortaſſe nomen ſcriptum fuiſſe, quod copula ἢ cum nomine αὐθὶς jungebat. Deinde ἢ μὴ ἀμελήσητε, vel μὴ ἀμελήσητε *H.* HENR. STEPHAN. Annot. in Juſtinum p. 37. Frivola omnia, excepta lectione ἀπογενομένοις pro γενομένοις, quæ utique melior foret, ſi MS. Codicis auctoritate confirmaretur: licet & vox γενομένοις in eundem ſenſum accipi queat; ſicuti apud Latinos, *qui fuerunt*, mortuos deſignare ſolent.

Vel ipſæ mortuorum vaticinationes, & incorruptorum puerorum inſpectiones, & animarum humanarum evocationes, &, qui à Magis vocantur, ſomniorum injectores & aſſeſſo-

1 νεκυομαντεῖαι μὲν γὰρ, & 2 εἰ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεῖαι, 3 καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλῆσις, καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις 4 ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι,

1 νεκυομαντεῖαι μὲν &c.] Omnes, quas Juſtinus enumerat, Magicarum præſtigiarum ſpecies, junctim quoque memorat Tertullianus in Apologet. c. 23. *Si & magi phantaſmata edunt, & jam defunctorum inclamant animas, ſi pueros in eloquium oraculi elicium, ſi multa miracula circulatoriis præſtigiis ludunt, ſi & ſomnia immittunt, habentes ſemel invitatorum Angelorum & Dæmonum aſſiſtentem ſibi poteſtatem &c.*

2 εἰ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεῖαι,] Ad hunc locum illuſtrandum apprime facit geminus Socratis lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap. 13. ubi inter nefanda Gentilium ſacra refertur, *quod pueros impubes* (παῖδας ἐφήβους) *utriuſque ſexûs immolarint, extaque eorum inſpexerint* (σπλαγχνοσκοπήσαι.) Euſebius etiam lib. VII. Hiſt. Eccleſ. cap. 10. de Valeriano Imp. memoriæ prodidit, quod ab Archiſynagogo Magorum Ægypti edoctus fuerit, abominanda ſacrificia peragere, *miſeros infantes mactare — Et nuper natorum rimari viſcera*, παῖδας ἀβλαβεῖς ἀνοσιουργεῖν, — τὴν σπλαγχνων πεῖραν διαφθεῖν. De Maxentio Tyranno idem teſtatur lib. VIII. Hiſt. Eccl. cap. 14. & lib. I. de Vita Conſtantini M. cap. 36. Alios ſacros & plures profanos Scriptores ut taceam. Sed quid hæc *extorum pueri incorrupti inſpectio* ad immortalitatem animarum probandam? utique hanc ſupponebant Magi, rati animas talium puerorum tunc adſiſtere, atque futura eis revelare. Hinc Simon Magus lib. II. Recognit. Clementis §. 13. *Pueri*, inquit, *incorrupti* (nota ipſam Juſtini vocem) *& violenter necati animam adjumentis ineffabilibus evocatam adſiſtere mihi ſeu; & per ipſam ſis omne quod jubeo. — Statim & præſcientiam habes* (anima corpore exuta) *propter quod evocatur ad necromantiam.* Hinc Juſtinus quoque mox ſubjungit, καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις.

3 καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλῆσις.] Non ſolùm puerorum incorruptorum, ſed & aliarum animarum evocationes olim uſitatas fuiſſe, non modo ex plurimis Ethnicis Scriptoribus, ſed & ipſa ſacra pagina 1. Reg. XXVIII. patet, ubi Samuel à mortuis per Pythoniſſam evocatus, apparuiſſe refertur. Ex quo animarum immortalitatem Juſtinus Martyr probat in Dialog. cum Tryph. Judæo pag. 333. licet alii Patres ſpectrum ſolùm Dæmonis, formam Samuelis induentis, fuiſſe docuerint, interque hos Pſeudo-Juſtinus Reſpond. ad quæſt. 52. ad Orthodoxos.

4 ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι,] *Salmaſius* tam in notis ad Spartiani Vitam Adriani Cæſaris cap. 14. quàm in Plinianis Exercitationibus pag. 248. noviſſimæ edit. *paredros* dictos affirmat eos, qui ex hominibus in Deorum numerum relati, *aſſeſſores* in Collegio Deorum facti eſſent. Pro qua ſignificatione & hæc Juſtini verba in poſteriori loco adducit. Ejus opinionem ſicut amplexi ſunt Gothofredus in Not. ad lib. 2. Tertulliani ad Nationes, ac nuper Sviceerus in Theſauro Eccleſ. in voce παίρεδροι aliique; ita meritò alii viri docti repudiarunt, ac inter hos Valeſius ad Euſeb. lib. IV. cap. 17. rectè docens *paredros* dictos Spiritus Magis aſſiſtentes, vel etiam quos Magi aliis immittebant, ut perpetuò ad tutelam adſiſterent; *unirò-*

pompas

δροι, καὶ τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν παῦτα εἰδότων, πάσιτωσιν ὑμᾶς, ἔτι καὶ μὴ θνήσκον ἐν αἰσθησει εἶναι αἱ ψυχαί. καὶ [1] οἱ ψυχαῖς δαιμονίων λαμβανόμενοι καὶ ῥιπτέμενοι ἄνθρωποι, ὃς δαιμονιολήπτους καὶ μαινομένους καλοῦσι πάντες, & τὰ παρ' ὑμῖν λεγόμενα μαντεῖα [2] Αμφιλόχα, καὶ Δωδώνης, καὶ Πυθῦς, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἐστὶ· καὶ τὰ [3] συγγεγραφέναι διδάγματα, [3] Εμπεδοκλέους καὶ Πυθαγόρα, Πλάτωνός τε καὶ Σωκράτους· καὶ [4] ὁ παρ' Ομήρῳ βόθρος,

res, & quæ à rerum iſtarum peritis aguntur, animas ſenſum etiam poſt mortem retinere, vobis fidem faciant. Atque item illi, qui à mortuorum animabus corripiuntur, atque humi abjiciuntur homines, quos à dæmonibus correptos, & furentes, nominant omnes: &, ea, quæ apud vos dicuntur Amphilochia, & Dodonæa, & Pythia, atque hiſce ſimilia alia oracula: tum autem & Scriptorum quorundam, ut Empedoclis & Pythagoræ, Platonis & Socratis diſciplinæ: præterea Homeri foſſa, & Ulyſſis

pompos autem iſtos, qui ſomnia hominibus injiciebant, quibus de futuris eventibus edocerentur. Utroſque Simonis Magi aſſeclis tribuit Irenæus lib. I. cap. 20. de quibus conferatur quoque Tertullianus de Anima c. 57.

1 *οἱ ψυχαῖς δαιμονίων λαμβανόμενοι καὶ ῥιπτέμενοι*] Tales fuere duo illi in regione Gergeſenorum, *habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſævi nimis, ita ut nemo poſſet tranſire per viam illam* Matth. VIII. 28. de quorum altero Marcus quoque cap. V. verſ. 3. & Luc. VIII. 27. teſtatur, quod *non in domo, ſed in monumentis habitaverit*: unde quidam collegerunt, dæmonia iſta animas malorum hominum defunctorum fuiſſe. Ita & Tertullianus lib. de Anima cap. 57. aliorum opinionem refert, *quod credibile videatur, eas potiſſimùm animas ad vim & injuriam facere, quas per vim & injuriam ſævus & immaturus finis extorſit, quaſi ad vicem offenſæ.* Addit verò mox ex propria ſententiâ: *Sed Dæmones operantur ſub obtentu earum: & hi vel maximè, qui in ipſis tunc fuerunt cum adviverent, quique illas in hujuſmodi impegerant exitus.*

2 *Αμφιλόχα* &c.] De his lege, ſi placet, Dalei librum de oraculis gentilium pag. 88. ſeqq. 95. ſeqq. 276. ſeqq.

3 *Εμπεδοκλέους καὶ Πυθαγόρα, Πλάτωνός τε καὶ Σωκράτους*,] Eoſdem immortalitatis animarum aſſertores quoque nominat Tertullianus de Anima cap. 54. *Philoſophi qui immortalitatem animæ — vindicant, ut Pythagoras, ut Empedocles, vel Plato.* Sed & Socratem *immortalitatem animæ vindicaſſe* ibidem cap. 1. teſtatur; licet ſimul errores horum Philoſophorum notet. Cæterùm Pythagoræ & Platonis teſtimonia videas licet in Auguſtini libro de immortalitate animæ. Socratis verò argumenta hanc in rem expoſuit Plato in Phædone. Imo immortalitatem animæ pervulgatam ac vetuſtiſſimæ traditionis eſſe teſtatur lib. 2. de Legibus, & à priſcis Poëtis omnibus *animos ſempiternos* dictos, ait in Gorgia.

4 *ὁ παρ' Ομήρῳ βόθρος, καὶ ὁ κώνειος Οδυσσεύς* &c.] Diis ſubterraneis in foſſa ſacrificabant Ethnici. Hinc Ulyſſes cum ex conſilio Circes inferos adiiſſet, Tireſiæ vatis animam de felici in Ithacam reditu conſulturus,

Ulyſſis horum inſpiciendorum gratiâ ſuſceptus defenſus, atque eorum inſuper ſermones, qui eadem cum iſtis dixerunt: cum quibus nos pariter recipite, qui non minùs, quàm illi, imò magis etiam Deo credimus, quique emortua atque in terram conjecta noſtra ipſorum corpora nos poſtliminio recepturos eſſe ſperamus, nihil Deo impoſſibile eſſe affirmantes.

XXV. Et rem ipſam ſecum conſideranti, quid incredibilius videatur, quàm ſi in corpore nondum eſſemus, atque aliquis diceret, ex parvâ quapiam humani ſeminis guttâ fieri poſſe, ut oſſa, & nervi, & carnes ad eam, quam videmus, conformata effigiem exiſtant: ſit hoc namque per conceſſionem poſitum atque dictum: ſi quis, *inquam*, vobis, cùm nondum tales exiſteretis, neque ex talibus

καὶ ἡ καθοδος Ὀδυσσέως εἰς τὰ τούτων διήκειψα, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις εἰπόντων· οἷς καὶ ὑμεῖς ἡμᾶς ὑποδέξασθε, οὐχ ἧττον τῶν ἐκείνων Θεῷ πιστεύοντες, ἀλλὰ μᾶλλον, οἳ καὶ τὰ νεκρὰ σώματα καὶ εἰς γῆν βαλλόμενα πάλιν ὑποληψόμενα ἑαυτῶν σώματα προσδοκῶμεν· ἀδύνατα μηδὲν εἶναι Θεῷ λέγοντες.

κέ, Καὶ [1] καταγοῦν ἀπιστότερον ἂν μᾶλλον δόξαι, ἢ εἰ ἐν σώματι μὴ ὑπάρχομεν, καί τις ἔλεγε, ἐκ μικρᾶς πηγῆς ἁπαξάπασι τῆς τοῦ ἀνθρωπείου σπέρματος, δυνατὸν ὀστᾶ τε καὶ νεῦρα καὶ σάρκας εἰκονοπλαστῆσαι, οἷα ὁρῶμεν, γενέσθαι· ἔστω γὰρ νῦν ἐφ' ὑποθέσεως λεγόμενον· εἴ τις ὑμῖν μὴ ὄντι πιστεύει, [2] μηδὲ πιστεύων,

effoſſa terrâ, poſt varia libamina ovium, quas ibi mactabat, ſanguinem in ſcrobem effudit: ad quem cum innumeræ animæ ex Erebo advolaſſent, varia cum ipſis colloquia miſcuit, quibus tota fere Odyſſea λ impenditur, cujus quaſi ἐπιτομὴ eſt ſexta Virgilii Æneis.

1 *καταγοῦν ἀπιστότερον -- ἢ εἰ ἐν σώμασιν*] Particulam ἢ omittendam cenſuit *Perionius*. Sed π, ob ultimam in *καταγοῦν* ſyllabam forte omiſſum, potius addendum, ac *καταγοῦν τι ἀπιστότερον* legendum eſſe, jam in Notis ad Tom. I. Spicileg. Patrum Secul. II. pag. 248. monui. Confer ibi lib. Juſtini de Reſurrectione pag. 183. ubi idem argumentum de generatione hominis ἐξ ἐλαχίστης ἁπαξάπασι ὑγρᾶς ἐ minima *humoris* guttula ad probandam reſurrectionis noſtræ *poſſibilitatem* (ſit venia verbo) tribus verbis perſtringit. Prolixiùs verò idem proſequitur & egregiè urget Athenagoras lib. de Reſurrectione parum ab initio pag. 43. edit. Pariſ. cujus alia quoque verba adduxit *Langus* in Not. ad hunc Juſtini locum, ad calcem hujus libri pag. 18. legenda.

2 *μηδὲ πιστεύων*,] Ex *πιστῶν* legere amat *Perionius*. Sed non neceſſe eſt præpoſitionem *ex* addere, cùm non ſolùm *ex parentibus*, ſed & *parentum* eſſe rectè dicamur.

1 *Gen*

τῶν, ἔλεγε, τὸ σπέρμα τὸ ἀνθρώπινον δεικνὺς καὶ εἰκόνα γεγαπηνῖαν, οὐκ τῆ τοιοῦδε οἷόν τε γυνέσθαι ἀμφιβαλόμενος, πρὶν ἰδεῖν γενόμενον, ἀπιστεύσετε; [1] οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἀντιφωνεῖν. τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον, ἀφ' οὗ μήπω ἐωρακέναι ὑμᾶς ἀναστάντα νεκρὸν, ἀπιστία ἔχει. ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἐρχῶν οὐκ ἂν ἀπιστεύσατε ἐκ τῆς μικρᾶς ῥανίδος δυνατὸν πιστεύειν γυνέσθαι, καὶ ὀφθῆναι γενομένους· τὸν αὐτὸν τρόπον λογίσασθε, ὅτι [2] ἀμαυθέντα, καὶ δικαίως σπερμάτων εἰς γῆν ἀμαυθέντα τὰ ἀνθρώπεια σώματα, κατὰ καιρὸν ἀποδίδωσι θεοῦ ἀναστῆναι, καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδύσασθαι, οὐκ ἀδύνατον. πίστιν γὰρ ἀξίαν θεοῦ δυνάμεως λέγουσιν οἱ φάσκοντες εἰς ἀνέκαθεν χωρεῖν ἐξ οὗπερ ἐγένετο, καὶ [3] μηδὲν τοῦτο μηδὲν ἄλλο δύνασθαι μηδὲ τὸν θεὸν, οὐκ ἔχομεν λέγειν· ἀλλ' ἐκεῖνο σαφῶς ὁρῶμεν, ὅτι οὐκ ἂν ἀπιστεῦσαν

orti essetis, asseveraret, semen humanum & imaginem (*humanam*) pictam monstrans, ex eo ipso semine naturam hujusmodi fieri posse: num, priusquam videretis factum, crederetis? nemo quidem contradicere ausit. Persimili ergò modo, propterea quòd nondum mortuum resurrexisse videritis, vos incredulitas (*resurrectionis*) tenet. Sed enim quomodo ab initio non credidissetis possibile esse, ut è tenui guttâ tales existerent, & exstitisse *tamen* videtis: eodem modo existimate, impossibile non esse, ut dissoluta, imo feminum instar in terram resoluta corpora humana, tempore suo jussu Dei resurgant, & naturam incorruptibilem induant. Quam dignam autem Deo potentiam asserant ii, qui in id abire rem quamque, unde exstitit, aiunt, ac posthæc nihil aliud ne Deum quidem posse, dicere nequimus; sed illud perspectum habemus, minimè illos credituros fuisse,

1 οὐκ ἂν τις τολμήσειεν ἀντιφωνεῖν.] *Nemo quidem contradicere ausit*, scilicet, incredibile ac plane impossibile id visum fore.

2 ἀμαυθέντα.] Διαλαθέντα *latentia, abscondita*, forte legendum esse, vitandæ tautologiæ ergo, conjeci in Spicilegio Patrum loco citato. Forte, inquam: neque enim necessaria est mutatio, si καὶ post ἀμαυθέντα explicetur, *Imo verò, & quidem.*

3 μηδὲν τοῦτο.] Cum πλὴν, sicuti ratione loci *trans, ultra*, ita respectu temporis *post* quandoque significet; πάρεξ τούτου non *præter hæc*, vel *præterea*, cum reliquis interpretibus, sed *posthæc* vertere placuit: quippe Justinus hoc loco respexisse videtur ea quæ mox citat verba Christi: *Nolite timere eos qui occidunt vos, & posthæc (μὴ ἔχοντα πάρεξ τούτου) nihil facere possunt: Eum verò timete, qui post mortem potest &c.*

1 Σίβυλλα

fuisse, fieri posse, ut tales unquam existerent, quales & ipsos, & mundum universum, atque qualibus ex principiis, factos esse cernunt.

XXVI. Melius autem esse *rectè* præsumsimus, credere ea etiam, quæ & ipsarum rerum naturæ, & hominibus sunt impossibilia, quàm pariter cum aliis fidem illis abrogare: quandoquidem & doctorem nostrum Jesum Christum dixisse scimus, *quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia esse apud Deum.* Atque idem dixit: *Ne timeatis eos, qui occidunt vos, ac deinceps nihil facere possunt: eum verò timete, qui post mortem potest & animam & corpus conjicere in gehennam.*

XXVII. Est autem *Gehenna* locus ubi punientur, qui iniquè vixerunt, & ea factum iri non crediderunt, quæcunque Deus per Christum docuit. Quin & Sibylla atq; Hystaspes, δυνατὸν εἶναι, πιστεύσαντες πρὸ ἡμῶν, ὁποῖός καὶ ἑαυτὸς, καὶ τὸ σύμπαντα κόσμον, καὶ ἐξ ὁποίων, γεγονότα ὁρῶσι.

κς'. Κρεῖττον δὲ πιστεύειν καὶ περὶ τῆς ἑαυτῶν φύσεως καὶ ἀνθρώπους ἀδύνατα, ἢ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀπιστεῖν. ὠφελήσαμεν ἐπιδεῖξαι καὶ τὸ ἡμέτερον διδάσκαλον Ἰησοῦν Χριστὸν ἔγνωμεν εἰπόντα, [a] τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυνατὰ παρὰ Θεῷ. καὶ, [b] μὴ φοβεῖσθε οὖν ἀναιρέντας ὑμᾶς, καὶ μὴ τοῦτο μὴ δυναμένους τι ποιῆσαι, εἶπε· φοβήθητε δὲ τὸ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς γέενναν ἐμβαλεῖν.

κζ'. Ἡ δὲ γέεννά ἐστι τόπος ἔνθα κολάζεσθαι μέλλουσιν οἱ ἀδίκως βιώσαντες, καὶ μὴ πιστεύσαντες ταῦτα γενήσεσθαι, ὅτι ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξε. καὶ [1] Σίβυλλα δὲ, [2] καὶ Ὑστάσπης, γενή-

[a] Luc. XVIII. 17. [b] Matth x. 28. & Luc. XII 4, 5.

[1] Σίβυλλα δὲ] Ad illustrandum hunc locum *Perionius* ex lib. III. Sibyllinorum carminum prope finem istos adducit versus: — *Ῥοὴ δ' πυρὸς κραιπνοῦ κοσμοφθόρος Ἀκάμαντος· φλίξει δὲ γαῖαν, φλίξει δὲ θάλασσαν, Καὶ κάλον οὐρανὸν, καὶ ἥλιον, καὶ κύτος αὐτῶν Εἰς ἓν χαυδοῦσ, καὶ εἰς κεφαλὴν ἀφλίξει.* Id est: — *Ignis rapidi cœlo vis decidet ingens, Quæ indefessa solum absumet, cœlumque diesque, Et mare velvolum, & molam constabit in unam, Purgabitque, omnes rerum nunc machina quicquid.* Atque hos vel alios similes Sibyllinorum carminum versus ante Justinum M. allegavit Clemens Rom. in Epistola ad Corinthios, teste alio quopiam Justino, aut quisquis est Auctor Quæst. & Respons. ad Orthodoxos, Quæst. 74. cujus verba in Spicilegio Patrum Seculi I. pag. 262. allegavi, objectioni contra eam quam habemus, S Clementis Epistolam inde petitæ respondens.

[2] καὶ Ὑστάσπης,] Rectius Ὑστάσπης, ut infrà pag. 82. (juxta edit. Paris.)

&

ηλιήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν ἀφὶ πυρὸς ἔφασαν. οἱ λεγόμενοι δὲ [1] Στωϊκοὶ φιλόσοφοι, καὶ αὐτὸν Θεὸν εἰς πῦρ ἀναλυόμενον δογματίζουσι, καὶ αὖ πάλιν κατὰ μεταβολὴν τὸ κόσμον γενέσθαι λέγουσιν. ἡμεῖς δὲ κρεῖττόν τι τῶν μεταβαλλομένων νομίζομεν τὸν πάντων ποιητὴν Θεόν.

corruptibilium consumtionem per ignem futuram esse dixerunt. Qui verò appellantur Stoici Philosophi, ipsum etiam Deum in ignem dissolutum iri opinantur, ac novum per mutationem mundum fore dicunt. Nos autem præstantius aliquid, quàm quæ mutationi sunt obnoxia, Deum universorum factorem esse intelligimus.

κη'. Εἰ δὲν καὶ ὁμοίως τινὰ τοῖς παρ' ὑμῖν τιμωμένοις ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις λέγομεν, ἴσως δὲ κ' μείζονος καὶ [2] θείως, κ' μόνοι μὴ δεδειχέναι τι παρὰ πάντας ἀδίκως μισούμεθα; τῷ γὰρ λέγειν ἡμᾶς, ὑπὸ Θεοῦ πάντα κεκοσμῆσθαι καὶ γεγενῆσθαι, [3] Πλάτωνος δόξομεν λέγειν

XXVIII. Quapropter cùm similiter quædam cum his, qui apud vos sunt in honore, Poëtis & Philosophis; quædam verò ampliùs etiam & divinius, & quidem soli cum demonstratione, dicamus; cur ita supra omnes iniquè odiis sumus expositi? Cùm namque à Deo omnia exornata esse & creata dicimus, Platonis doctrinam tradere videmur:

& apud Clementem Alexandrinum pag. 270. lin. 27. (juxtà edit. Sylburgii.) Interpres (*Langus*) utrobique Ἰδιώτην appellare maluit, quia sic à Lactantio nominatur lib VII. cap. 15. & 18. SYLBURG. Sed in accuratissimis, quæ mihi visæ sunt, Lactantii editionibus itidem *Hystaspes* legitur. Cæterum Lactantii verba, quæ & *Perionius* in Not. ad hunc locum allegat habes infrà, in Notis ad calcem hujus libelli pag. 30. Lege de Hystaspe Notas variorum ad dictum locum Lactantii, & confer Valesium ad Ammiani Marcellini librum XXIII. Id unicum hîc annoto, Justinum, dum hîc & paulo pòst Sibyllæ & Hystaspis suffragia jungit, videri præ oculis habuisse Prædicationem Petri, cujus textum habes in Spicil. Patr. Sec. I. p. 65.

1 Στωϊκοὶ φιλόσοφοι,] De horum sententia confer ipsum Justinum in Apologiâ posteriori pag. 45. (edit. Parisi.) ejusque discipulum Tatianum pag. 12. nuperrimæ editionis.

2 θείως,] Meliùs fortasse θειότερον comparativo gradu, ut præcedit μείζονος. SYLBURG. Atque hunc sensum cum *Lango* in versione expressimus; licet emendationem haud necessariam esse fateamur.

3 Πλάτωνος] Ad Platonis suffragium de creatione mundi ab uno Deo factâ certatim provocant Patres, quorum testimonia passim citata reperias. Maximè verò illustre hac de re & Justini verbis geminum est testimonium Hieroclis in lib. de providentia & fato ita scribentis: Καὶ Πλάτωνα μὲν αὐτὰ ταῦτα φάσκοντα ἀπὸ σαφεστέρας ἀρχῆς ἐκφαίνεσθαι τὰς τοῦ παντὸς γενέσεις, ὑπὸ τοῦ ἑνὸς καὶ πρώτου ποιητοῦ

demur: cùm autem exustionem fore, Stoicorum: rursum cùm animas allerimus post mortem quoque sensu præditas esse, ac injustorum quidem excruciari; bonorum verò, suppliciis liberas feliciter agere, cum Poëtis & Philosophis eadem asseverare videmur: opera autem manuum hominum adoranda non esse censentes, Menandro Comico, & qui eadem dixerunt, suffragamur. Majorem namque opificem esse opere facto, illi pronunciarunt. Et dum Verbum, quod primum est genimen Dei, absque mistione prognatum esse dicimus, Jesum videlicet Christum, Magistrum nostrum, atque hunc crucifixum, & mortuum, & redivivum ascendisse in cœlum, nihil

δόγμα· τῷ δὲ ἐκπύρωσιν γίνεσθαι, Στωϊκῶν· τῷ δὲ κολάζεσθαι τὰ ἀποθανόντα καὶ μὴ θνητὰ τὰς τῶν ἀδίκων ψυχὰς, παῖς δὲ τῶν ἀποθανόντων ἀπηλλαγμένας τῶν τιμωρίων εἶναι, Πλάτωνι καὶ Φιλοσόφοις τὰ αὐτὰ λέγειν δοκοῦμεν· τῷ δὲ καὶ μὴ δεῖν χεῖρων ἀνθρώπων σέβεσθαι, Μενάνδρῳ τῷ κωμικῷ, καὶ τοῖς ταῦτα φήσουσι, ταῦτα φρονοῦμεν. μείζονα γὰρ τὸ δημιουργὸν τῶν σκευαζομένων ἀποφαίνομεν. τῷ δὲ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ πρωτότοκον εἶναι, καὶ δύνασθαι αὐτὸν ἐπιμιξίας φάσκειν ἡμᾶς γεγεννῆσθαι Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν διδάσκαλον ἡμῶν, καὶ τὸν σταυρωθέντα, καὶ ἀποθανόντα, καὶ ἀναστάντα καὶ ἀνελθόντα εἰς τὸν οὐρανὸν, ὅ περὶ

τυγχάνων· ὑφ' αὐτοῦ εἰς ὑπόστασιν τὸ ὄντων τε καὶ οἰκείων βούλησις. *Hæc consideratio juxta Platonem Deum ipsum statuit omnis tam visibilis quàm invisibilis mundi opificem, quem à nulla re subjecta artifex edixerit; cùm propria ejus voluntas sufficiat, ut res existant.*

1 Πάντας τε φιλοσόφους τε καὶ τοὺς λόγους] Illorum dicta allegat Theophilus Antiochenus lib. 2. ad Autolycum pag. 115. edit. Paris. Clemens Alex. lib. IV. Stromat. pag. 541. aliique recentiores, qui Gentilium Theologiam cum fide Christiana composuerunt.

2 Τῷ δὲ μὴ δεῖν χειρῶν ἀνθρώπων σέβεσθαι.] Cum *Henrico Stephano* legere placet, χειρῶν ἔργων ἀνθρώπων σέβεσθαι, quia & infra p. 88. edit. Paris. dicit, ὅτι χειρῶν ἔργων λατρεύονται.

3 Μενάνδρῳ.] Aliquot Menandri testimonia allegat ipse Justinus in lib. de Monarchia Dei pag. 107, 108, & 109. edit. Paris.

4 γεγεννῆσθαι Ἰησοῦν Χριστὸν] Hæc de nativitate Jesu ex Spiritu Dei per virginem accipienda esse, ex sequentibus patet.

5 ὁ περὶ τοὺς παρ' ὑμῖν λεγομένους ὑπὸ Διὸ, καινόν τι φέρομεν. — τὸ τοὺς λεγομένους παρ' ὑμῖν αὐτοκεφάλους &c.] Omnes, quos ex hominibus Deos factos hoc loco nominat Justinus, Lactantius quoque lib. 1. cap. 15. recenset, ita scribens: *Homines ... pro amorem meriti, memoriam defunctorum colere cœperunt; ut & gratiam referre bene meritis viderentur, & successores illorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem. Quod Cicero de natura Deorum docet, ita* cens: *suscepit autem vita hominum consuetudoque*

τοῦ παρ' ὑμῖν λεγομένους υἱὸς τῷ Διὶ, καινόν τι φέρομεν.

κθ'. [1] Πόσους γὰρ υἱοὺς φάσκουσι τὸν Διὸς οἱ παρ' ὑμῖν τιμώμενοι συγγραφεῖς, ἐπίστασθε· Ἑρμῆν μὲν, λόγον τὸ ἑρμηνευτικὸν καὶ πάντων διδάσκαλον· [2] Ἀσκληπιὸν δὲ, καὶ θεραπευτὴν γενόμενον, κεραυνωθέντα ἀνελήλυθέναι εἰς οὐρανόν· Διόνυσον δὲ Δημητραχθέντα· [3] Ἡρακλέα δὲ φυγῇ πόνων ἑαυτὸν πυρὶ δόντα· τοὺς ἐκ Λήδας δὲ Διοσκούρους, καὶ τὸ ἐκ Δαναΐδης Περσέα· καὶ τὸ ἐξ ἀνθρώπων δὲ ὑφ' ἵππου

novi ab eis, qui apud vos dicuntur esse Jovis filii, afferimus.

XXIX. Scitis enim, quot Jovis liberos illi, qui in precio apud vos sunt, scriptores memorent: Mercurium quidem, Verbum virtute interpretandi præditum, ac doctorem omnium: Æsculapium verò, qui licet medicus fuerit, fulmine tamen ictus adscenderit in cœlum: Bacchum dilaniatum: Herculem seipsum laborum fugâ in ignem conjicientem: ac Dioscuros ex Ledâ, & Perseum ex Danaë susceptos: & qui ex hominibus ortus ac ab equo Pegaso

fuendoque communis, ut beneficiis excellentes viros in cœlum famâ ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor, hinc Pollux, hinc Æsculapius, hinc Liber. Et alio loco: *Atque adeo in plerisque civitatibus intelligi potest, acuendæ virtutis gratiâ, aut quo libentiùs Reipublicæ causâ periculum adirent optimus quisque, virorum fortium memoriam honore Deorum immortalium consecratam. Hæc scilicet ratione Romani Cæsares suos consecrâverunt, & Mauri Reges suos.*

1 πόσους γὰρ υἱοὺς φάσκουσι τοῦ Διὸς &c.] Quæ hoc loco de Jove ejusque liberis dicit, ea ab Homero dicta magnâ ex parte in Oratione Parænetica prolatis versibus commemorat: cætera apud eundem invenies, & apud Diodorum Siculum omnia. PERION. Huic Justini de Jovis filiis loco parallelus est iste Theophili lib. I. ad Autolycum pag. 75. edit. Paris. Τί μοι τὰ λοιπὰ καταλέγειν ὧδε τοὺς υἱοὺς; Ἡρακλέα τὸν ἑαυτὸν κατακαύσαντα· Διόνυσον δὲ μαινόμενον, καὶ μεμενηθέντα. &c. *Quid filios* (Jovis) *enumerare attinet? Herculem, qui se ipsum concremavit; Bacchum christiani deditum & furore percitum &c.* Et mox quoque memorat Ἀσκληπιὸν κεραυνωθέντα, *Æsculapium fulmine ictum.* Confer Justini dicta inferiùs pag. 90. (edit. Paris.) ibique notata.

2 Ἀσκληπιὸν δὲ, — κεραυνωθέντα] Theophilus quoque non solùm loco citato, sed & seq. pag. 77. perinde ut Justinus, vocat Ἀσκληπιὸν κεραυνωθέντα. Cæterùm causa hujus infortunii ei fuit ipsa ars Medica, uti breviter exponit *Gesnerus* in Annotat. ad Tatianum pag. 77. nuperæ editionis.

3 Ἡρακλέα δὲ, — ἑαυτὸν πυρὶ δόντα] Apud Theophilum quoque pag. 77. legimus Ἡρακλέα κατακαύσαντα ἑαυτόν.

4 τὸ ἐκ Δαναΐδης Περσέα] Vide infrà pag. 45. & ibidem not. 3.

5 τὸ ἐξ ἀνθρώπων δὲ ὑφ' ἵππου Πηγάσου Βελλεροφόντου.] Cum istis, ὑφ' ἵππου Πηγάσου Interpres (tam *Perionius* quàm *Langius*) subaudit ἀναιρεθέντος. Alioqui legi etiam posset, ἀφ' ἵππου, subaudito participio ἀφανισθέντα vel alio consimili. Infrà sine lectio ea extat pag. 89. (edit. Paris. cujus numerus hîc in margine est expressus) SYLBURG.

Pegaſo *ſublatus*, Bellerophontem. Quid namque dicamus Ariadnen, & quos itidem atque illam inter ſidera receptos eſſe aiunt? Porro cur morientes apud vos Imperatores ſemper immortalitati conſecrare dignamini, producentes quempiam, qui jurejurando confirmet, vidiſſe ſe è rogo in cœlum adſcendere Cæſarem combuſtum? & qualia cujuſque, qui dicuntur Jovis filiorum, literis conſignata ſint facta, apud ſcientes dicere non eſt neceſſe; niſi quòd ad corruptelam

Πηγάσου Βελλεροφόντην. τί γὰρ λέγομεν [1] Ἀριάδνην, καὶ τοὺς ὁμοίους αὐτῇ κατηστερίσθαι λεγομένους; καὶ τί δεῖ τοὺς [2] ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες, καὶ [3] ὁμνύοντά τινα παρασκευάζειν ἑωρακέναι [4] ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν ἀέρα τὸν καπνὸν Καίσαρα Καίσαρος; καὶ ὁποίαν ἑκάστου τῶν λεγομένων υἱῶν τοῦ Διὸς ἱστοροῦνται αἱ πράξεις, τοῖς εἰδόσιν λέγειν σὺν ἀνάγκῃ, πλὴν ὅτι εἰς [5] διαφθορὰν καὶ

1 *Ἀριάδνην,*] De hâc lege Meurſii Theſeum cap. 14. pag. 47.

2 *ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες,*] Athanaſius adverſus Gentes: *Ῥωμαίων σύγκλητος τοὺς πάππους αὐτῶν ἐξ ἀρχῆς ἄρξαντας βασιλέας, ἢ πάλαι, ἢ ὡς ἂν αὐτοὶ βούλονται καὶ κελεύουσι, δημιουργοῦσι τὸ Θεοῖς εἶναι, καὶ θρησκεύεσθαι θεὸς γεγράφασι.*

3 *ὁμνύοντά τινα παρασκευάζειν*] Ad hunc ritum reſpexit quoque Tatianus, pag. 41. recentiſſimæ editionis ita de Antinoo ſcribens: *Τίς ὁ ἀναβιώσας αὐτὸν, εἰ μὴ ὁ τοῦτον ὡς τοὺς βασιλέας μισθῷ, ἢ δι' ἐπιορκίας, τοὺς τῶν Θεῶν κηπουρὸν εἰς τὸ ἀερῶον ἀπολαβόντας φάσας πιστεύσαι.* Quæ verba antequam latinè reddam, mendum ab amiciſſimo Editore, qui alioqui plura ſedulò correxit, prætermiſſum è medio tollere, & pro participio *κηπουρὸν irridens*, (quod ſane hîc vix locum habet, quia haud regit Accuſativum; neque Deos irridet, qui jurejurando eorum Deitatem confirmat) repono *κηπουρὸν*, quomodo Athenienſes de Apoſtolo Paulo Act. XVII. 18. *ξένων δαιμονίων δοκεῖ κηπουρὸς εἶναι, Novorum Dæmoniorum videtur annunciator eſſe.* Ita igitur Tatiani verba verto: *Aut quis illum eò* (inter Sidera) *levavit: niſi aliquis Deorum præco, hunc etiam* (Antinoum) *perinde ut Reges, mercede conductus & pejerans in cælum aſcendiſſe confirmaverit?*

4 *ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν ἀέρα τὸν καπνὸν Καίσαρος*;] Aliquanto latiùs diffudiſſe videtur Juſtinus, quod alioqui de Julio Cæſare ac Romulo narratur. Nam in Imperatorum funebribus exſequiis aquila è rogo emitti ſolebat, quæ defuncti animam in cœlum efferre putaretur, ut in Auguſti & Pertinacis ſunere Xiphilinus, & in Severi exſequiis Herodianus memorant. SYLBURG.

5 *διαφθορὰν τῆς στρατιᾶς*] *διαφθορὰν* legendum eſſe, bene monuit *Billius* lib. 2. Obſerv. fact. cap. 6. quo modo & *Langus* vertit, *corruptionem*. Sed mirum quod neuter horum in altera voce *στρατιᾶς* animum animadverterit; animadvertit, verò diligentiſſimus veterum Scriptorum emendator Cotelerius in Not. ad T. II. Monument. Eccleſiæ Græcæ col. 596. reponens *πτῶσιν*, *perverſionem*, *depravationem*. Conſer infrà p. 89. edit. Pariſ.

1 *αὐτὸν*

καὶ πρότερον τὸν ἐκπαιδευομένων ταῦτα μεγαλῦναι· μιμητὰς γὰρ θεῶν καλὸν εἶναι πάντες ἡγοῦνται. ἀπεὶ δὲ σωφρονούσης ψυχῆς ἔννοια τοιαύτη περὶ θεῶν, ὡς καὶ [1] αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα καὶ γυνήτορα πάντων κατ' αὐτὸς Δία, [2] πατροφόντην τε καὶ [3] πατρὸς τοιούτου γεγονέναι, ἔρωτί τε κακῶν καὶ αἰσχρῶν ἡδονῶν ἥττω γεγενημένον, [4] ὅτι Γανυμήδει καὶ τὰς πολλὰς μοιχευθείσας γυναῖκας ἐλθεῖν, καὶ τὸς αὐτοῦ παῖδας τὰ ὅμοια πεπονθέναι ὑπὸ ἀδελφῶν. ἀλλ', ὡς προέφημεν, οἱ φαῦλοι δαίμονες ταῦτα ἔπραξαν. ἀπαθανατίζεσθαι δὲ ἡμεῖς μόνοις δεδώκαμεν τοῖς βιώσασι μετὰ δικαιοσύνης καὶ ὁσιότητος μετὰ φιλοσοφίας.

& depravationem discentium ea sunt perscripta: imitatores quippe deorum esse cuncti pulchrum autumant. Longè verò absit à sanâ mente ejusmodi de diis cogitatio, videlicet Principem quoque ipsum & parentem omnium secundum eos, Jovem, parricidam, & patre tali genitum fuisse, ac malarum fœdarumque voluptatum amore victum, ad Ganymedem & permultas adulteriis corruptas fœminas venisse, liberosque suos similium facinorum patratores suscepisse. Verùm, sicut dixi, pravi ista designarunt dæmones. Nos autem immortalitate eos duntaxat

1 αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα καὶ γυνήτορα πάντων κατ' αὐτὸς Δία,] Pace S. Martyris dicam, scelera ista non summo Deo, omnium Regi ac Parenti adscripsisse Gentiles; sed alteri Jovi minori Deo, seu potius homini in terris nato ac denato. Nam sicuti *Xenocrates Chalcedonius unum vocabat supremum Jovem, alterum verò infimum*, teste Clemente Alex. lib. v. Stromat. pag. 604. ita & alii à Jove supremo Deo distinguebant minores hoc nomine appellatos. *Sunt qui tres dicunt esse Joves*, inquit Clemens Alex. in Protreptico p. 17. *unum quidem Ætheris filium in Arcadia; reliquos autem filios Saturni: eorum autem unum quidem in Creta, alterum verò rursus in Arcadia.* Atqui Jupiter Cretensis erat, de quo enormia ista facta referuntur; quem tamen cæci Gentiles Divinis affecerunt honoribus.

2 πατροφόντην] Saturnum scilicet Patrem Regno vitâque privasse dicebatur. Lege Lactantium lib. 1. cap. 14. & Theophil. lib. 2. ad Autolycum p. 83.

3 πατρὸς τοιούτου] Nam Saturnus quoque Patrem Cœlum exsectum Regnò privavit.

4 ὅτι Γανυμήδει καὶ τὰς πολλὰς μοιχευθείσας γυναῖκας ἐλθεῖν,] Cicero lib. 1. Tusculan. Quæst. *Nec Homerum*, inquit, *audio, qui Ganymedem à Diis raptum aiis propter formam, ut Jovi pocula administraret.* Pudebat Ciceronem hujus fabulæ, adeò ut concubitûs cum isto puero ne quidem meminerit: quem tamen post Justinum Ethnicis objectat Tatianus pag. 40. de Jove scribens: Διὰ σύνηθειαν τῆ παιδεραστίᾳ σεμνύνεται. Tam pæderastiam verò, quàm reliquos incestos Jovis amores perstringit Theophilus pag. 75. Περὶ τῆς ἀδελφοποιίας καὶ μοιχείας, καὶ παιδοφθορίας, ἃ μεμνηται Ὅμηρος καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἀεὶ αὐτῷ ἐγκαλοῦντες. *Concubitum cum sorore, adulterium, puerorum corruptionem melliis Homerus aliique Poëtæ de ipso edisserunt.*

xat donari ſcimus, qui ſanctè & per virtutem proximè Deo vivunt: qui autem injuſtè abſque mutatione *in melius ætatem tranſigunt*, in igne æterno pœnas luere credimus.

XXX. At enim filius Dei Jeſus dictus, etiamſi communi ſorte homo tantùm eſſet, propter ſapientiam tamen dignè Dei filius diceretur. *Parentem* enim *virûmque Deûmque*, ſcriptores cuncti Deum vocant. Sin peculiariter etiam præter communem nativitatem genitum eum ex Deo Verbum Dei dicimus, quemadmodum antea memoravi, commune hoc nobis ſit vobiſcum, qui Mercurium, Verbum à Deo internuncium, nuncupatis. Si quis verò, quòd crucifixus ſit, objiciat, & hoc commune eſt eis, quos recenſuimus, Jovis, opinione veſtrâ, filiis, qui *& ipſi* paſſi ſunt. Atque illorum non ſimiles mortis paſſiones, ſed diverſæ commemorantur: adeò ut & peculiari paſſione illis haud inferior eſſe videatur (*Chriſtus.*) Quin præſtantiorem eſſe, ſicuti polliciti ſumus, oratione progrediente oſtendemus, ſeu potiùs

διδάγμεθα τὰς ὁσίως καὶ εὐαρέστως ἐγγὺς Θεῷ βιῶντας· κολάζεσθαι δὲ τὰς [1] ἀδίκως, καὶ μὴ μεταβάλλοντας, ἐν αἰωνίῳ πυρὶ πιστεύομεν.

Λ'. Υἱὸς δὲ Θεοῦ ὁ Ἰησοῦς λεγόμενος, εἰ καὶ κοινῶς μόνον ἀνθρωπος, ἀλλὰ σοφίαν ἄξιος υἱὸς Θεοῦ λέγεσθαι· πατέρα γὰρ ἀνδρῶν τε καὶ θεῶν τε πάντες συγγεγράφεις τὸν Θεὸν καλοῦσιν. εἰ δὲ καὶ ἰδίως ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἡμῶν γεγονὼς αὐτὸν ἐκ Θεοῦ λέγομεν λόγον Θεοῦ, ὡς προέφημεν, κοινὸν τοῦτο ἔσω ὑμῖν τοῖς τοῦ Ἑρμοῦ λόγον τοῦ παρὰ Θεοῦ ἀγγελτικὸν λέγουσιν. εἰ δὲ αἰτιάσαιτό τις ἐσταυρῶσθαι αὐτὸν, καὶ τοῦτο κοινὸν τοῖς προκατηγορημένοις παθοῦσιν υἱοῖς καθ' ὑμᾶς τοῦ Διὸς ὑπάρχει. ἐκείνων τε γὰρ οὐχ ὅμοια τὰ πάθη τοῦ σταυροῦ, ἀλλὰ [2] διάφορα ἱστορεῖται· ὥστε μηδὲ τὸ εἶδος τοῦ πάθους ἥττονα δοκεῖν εἶναι τοῦτον. ἀλλ' ὡς ὑπεισερχόμεθα, προϊόντος τοῦ λόγου, καὶ κρείττονα ἀποδείξομεν· μᾶλλον δὲ καὶ ἀποδέδεικται.

1 ἀδίκως,] *Adikws* legere amat *Bill.* loco ſæpe citato. Sed vulgata lectio retineri poteſt, ſi βιῶντας ex præcedentibus repetens ſubintelligas.

2 διάφορα ἱστορεῖται· ὥστε μηδὲ τὸ εἶδος τοῦ πάθους &c.] Diverſas ab eo, quod Chriſtus ſubiit, mortis genere paſſiones Jovis filiis affinxerunt Poetæ, ſive eorum operâ Dæmones. Quippe, uti Juſtinus in progreſſu hujus Apologiæ pag. 90. edit. Pariſ. obſervât. ἀδικῶς δὲ ἐπὶ πᾶσι τοῖς λεγομένοις υἱοῖς τοῦ Διὸς τὸ σταυροῦσθαι ἐμιμήσαντο, nullo prorſus modo *in quopiam eorum, qui dicuntur Jovis filii, ſupplicium crucis ſunt imitati.* Cujus rei cauſam ibidem addit.

1 ὁ γὰρ

δεδειχται. [1] ὁ γὰρ κρεῖττων ἐκ τῶν πράξεων φαίνεται. εἰ δὲ [2] ἀφ' παρθένε γεγεννῆσθαι φέρομεν, [3] κοινὸν καὶ τοῦτο ποιοῦμεν τ Περσεῖ ἕπω ὑμῖν. ὦ δὲ λέγομεν χωλοὺς, καὶ παραλυτικοὺς, καὶ [4] ἐκ γενετῆς πονηροὺς, ὑγιεῖς πεποιηκέναι αὐτὸν, καὶ νεκροὺς ἀνεγεῖραι, ὅμοια τοῖς ὑπὸ Ασκληπιοῦ γεγενῆσθαι λεγομένοις καὶ [5] ταῦτα φάσκειν δόξομεν.

id jam oſtendimus. Præſtantior enim quiſque ex actionibus apparet. Quod verò & per virginem natum eſſe prædicamus, hoc quoque ratione Perſei vobiſcum ſit commune. Quod claudos autem, & paralyticos, & ab ipsâ nativitate mutilos ſanaſſe, & defunctos reſuſcitaſſe memoramus, conſentanea his dicere videmur, quæ ab Æſculapio facta eſſe feruntur.

XXXI. Sed

1 ὁ γὰρ κρεῖττων ἐκ τ πράξεων φαίνεται.] Mutuatus hanc propoſitionem à Juſtino Irenæus, in alio contra hæreticos argumento eâ uſus eſt, lib. 2. cap. 54. p. 182. col. 2. lin. 18. ſcribens: *Qui melior eſt, ex operibus oſtenditur.*

2 ἀφ' παρθένε γεγενῆσθαι] Tam *Gelenius* & *Perionius*, quàm *Langus* ἀφ' παρθένου verterunt, *è virgine*, quod ἀφ' παρθένε errorem ſaperet Valentinianorum aliorumque, qui Chriſtum per uterum B. Virginis, tanquam aquam per canalem, tranſiſſe, ac nihil ex ea accepiſſe ſtatuerunt. Aſt non eſt fidelis Interpretis, verba Auctoris ob abuſum hæreticorum mutare: unde *per virginem* reponere placuit, præſertim cum S Martyr hîc & alibi ſæpiùs ſtudiò hac phraſi uſus eſſe videatur, ut indicaret, ex virtute Divina atque Spiritûs S. operatione Jeſum natum eſſe: quem idcirco paulo antè θεοπροπον & Θεὸν, & ἐκ Θεῦ γεγενῆσθαι dixerat. Et in ſeqq. pag. 74. (juxta numerum in margine appoſitum) ait, ἔχειν μὲ αἷμα τ φανησόμενον, ἀλλ' ἐκ ἐξ ἀνθρωπίνε σπέρματος, ἀλλ' ἐκ θείας δυνάμεως, *eum qui apparitурus erat, ſanguinem quidem habiturum, ſed non ex ſemine humano, ſed virtute Divinâ*: quod mox ibidem repetit. Neque tamen à recepto nunc loquendi genere, quo Jeſus *ex virgine* natus dicitur, prorſus abhorruit Juſtinus; quin utrumque junxit in Dial. cum Tryphone pag. 290. promittens ſe demonſtraturum, ὅτι ἐκ παρθένε γεγενῆσθαι, καὶ ἀφ' παρθένε γεγενῆσθαι αὐτὸν ἀφ' Ησαΐε ἐπροφήτευτο, *quod ipſe è virgine genitus, & per virginem natus per Eſaiam prædictus fuerit.* Et mox non niſi Chriſtum ἀπὸ παρθένε γεγενῆσθαι *à virgine genitum eſſe* ait.

3 κοινὸν καὶ τοῦτο ποιοῦμεν τ Περσεῖ ἕπω ὑμῖν.] Hinc Trypho Judæus in Dialogo cum Juſtino pag. 291. ait: Ἐν τοῖς τῶν λεγομένων Ἑλλήνων μύθοις λέλεκται, ὅτι Περσεὺς ὁν Δανάης παρθένε οὔσης, ἐν χρυσῷ μορφῇ μιγεὶς αὐτῇ ἐπ' αὐτὴν ἦλθε παρ' αὐτοῖς Διὸς καλούμενος, γεγένηται· καὶ ὑμεῖς τὰ αὐτὰ ὁμοίους λέγετε, αἰδεῖσθαι ὀφείλετε. *In Græcorum qui dicuntur fabulis dictum eſt, Perſeum à Danaë virgine, eô quì apud ipſos Jupiter vocatur, ſub auri forma in illam manante, prognatum eſſe: & vos eadem cum illis dicentes pudere debebat.*

4 ἐκ γενετῆς πονηρὸς,] Arbitror legendum, πηρὸς. ROB. STEPH. in calce ſuæ editionis. Quam conjecturam maximè confirmat locus parallelus in Dial. cum Tryphone pag. 295. ubi de Chriſto: Τὸν ἐκ γενετῆς τ τῶν σπερμάτων πηρὸν, τ κωφὸν, τ χωλὸν ἰάσατο. Unde in verſione *mutilos* placuit.

5 ταῦτα] Legi poteſt etiam ταὐτὰ *eadem*. SYLBURG.

XXXI. Sed ut hoc quoque vobis planum fiat, quod quæcunque à Chriſto, & qui eum præceſſere prophetis ipſius edocti profitemur, ſola vera ſint, & ſcriptoribus omnibus vetuſtiora: quodque non propterea, quod eadem cum illis dicamus, ſed quod veritatem ipſam profiteamur, nos ſuſcipi petamus, & quia Jeſus Chriſtus, ſolus propriè Filius Deo genitus eſt, utpote Verbum ejus, & Primogenitus, & Virtus exiſtens; atque ex ejus conſilio homo factus, nos iſta docuit, inſtaurandi & reſtituendi humani generis ergò;

λα'. [1] Ινα δὲ ἤδη καὶ τοῦτο φανερὸν ὑμῖν γένηται, &c.] Ambitus hic orationis longiſſimus eſt, ob eamque cauſam adeo ſuſpenſum Lectoris animum tenet, ut cùm ſæpe eum legerit, ne tum quidem, ubi acquieſcere debeat, intelligere poſſit. Mihi quidem primum membrum uſque ad hæc verba, ἐδὶ ἀπόδειξις ἐστι, (quæ vide ſeq. pag. 47. lin. 11.) pertinere videtur, atque hæc ſola, τοῦτο ἔλεγχόν ποιούμενον, eſſe membri ſecundi. PERION. Rectè quidem: (neque enim *Langæus* in tres hæc diſcerpenti periodos, ac idcirco primæ particulæ οὖν nullam habenti rationem aſſentior.) Utinam autem ſimul ipſe, vel quiſpiam alius, connexionem membrorum longiſſimæ hujus & tamen mutilatæ periodi inter ſe, & quomodo cum ſequentibus, quæ per numeros, πρῶτον, δεύτερον, τρίτον diſtinctè proſequitur Juſtinus, ea tota cohæreat, debitè oſtendiſſet. Sed utrumque haud parvam habet difficultatem: quâ ut me atque Lectorem expediretm, ſæpiſſimè hanc & ſequentes periodos relegi; an verò rem tetigerim, Lector ex ipſa verſione & ſubnexis annotationibus judicare poterit.

[2] Ιησοῦς Χριστὸς μόνος ἰδίως υἱὸς τῷ Θεῷ γεγέννηται] Hæc in oppoſitione ad recenſitos antè fictitios Jovis filios dicta puto.

[3] Ἐ ἐπαναγωγῆ δ' ἀνθρωπείᾳ γένους] Poſt hæc unum alterumve Juſtini verbum, vel verſum integrum, (quam lineam dicere ſolemus) excidiſſe, vix ullum eſt dubium: unde & *Langæus* novam periodum incepit, addens: *Sed quoniam*, quaſi ſcriptum fuerit: ἀλλ' ἐπεὶ, vel ἀλλ' ἐπεὶ &c. Aſt non facile duæ tales particulæ ſolæ excidere ſolent, ideoque plura videntur omiſſa, forte hæc: ἐπεὶ ἐκ' ἀπάτῃ τῇ ἐπαναγωγῇ δ' ἀνθρωπείᾳ γένους, quæ reſpondeant proximè præcedentibus, ἐκ' ἀκαιρίᾳ τῇ ἐπαναγωγῇ δ' ἀνθρωπείᾳ γένους. Ita enim Juſtinus in loco huic planè parallelo pag. 89. edit. Pariſ. de Poëtarum fabulis ait: ἐπὶ ἀπάτῃ τῇ ἀπαναγωγῇ τῶν ἀνθρωπείᾳ γένους εἰρηκὸς ἀποδείκνυμι κατ' ενέργειαν

- - - - - - - - -
- - - - - - - περὶ
ἢ ἐν ἀνθρώποις αὐτὸν ψεύδεσθαι
ἄνθρωπον, φθονήσαντες τινες δι-
ὰ τοῦτο τοὺς προειρημένους κακοὺς δαί-
μονας, διὰ τῶν ποιητῶν ὡς γλύ-
μματα εἶπον, ἃ μυθοποιήσαντες
ἔφησαν· ὃν τρόπον καὶ τὰ καθ'
ἡμῶν λεγόμενα δύσφημα καὶ
ἀσεβῆ ἔργα [1] ἐπήργασαν, [2] ὧν ἀ-
δεὶς μάρτυς, οὐδὲ ἀπόδειξίς
ἐστι· [3] τοῦτον ἔλεγχον ποιησό-
μεθα.

λβ'. [4] Πρῶτον μὲν, ὅτι τὸ
ὁμοίως τοῖς Ἕλλησι λεγόντες, μόνοι
μισούμεθα διὰ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ·

ἐπήργασαν τῶν φαύλων δαιμόνων. Idque posthæc pag. 91. factum dicit ὑπὸ τῶν φαυλοποιῶν διὰ Χριστοῦ, perinde ut hîc, περὶ ἢ ἐν ἀνθρώποις αὐτὸν ψεύδεσθαι ἄνθρωπον. Ob requirentes itaque easdem voces ἐπαναγωγὴ vel ἀπαγωγὴ τῆς ἀνθρωπίνης γλώσσης, altera omissa conjicio, cùm ex nulla re crebriùs, quàm ex earundem vocum repetitione, mutationes textuum accidisse constet iis, qui vel parum in MSS. versati sunt Codicibus.

1 ἐπήργασαν] Verbum ἀφηρῆσθαι vel aliud simile subintelligendum notat *Sylburgius*; quod tamen non adeo necessarium puto.

2 ὧν οὐδεὶς μάρτυς, οὐδὲ ἀπόδειξίς ἐστι.] *Perionius* hæc ad sola δύσφημα &c. referre amat; sed ad præcedentia quoque, ἃ μυθοποιήσαντες ἔφησαν διὰ ποιητῶν, pertinere, luculenter iterum ostendit modo dictus locus parallelus, pag. 89. ita sonans: οἱ δὲ παραδείκτης γε μυθοποιήσαντες τὸν τῶν ποιητῶν, κάθημαι ἀπόδειξιν φέρων &c.

3 τοῦτον ἔλεγχον ποιησόμεθα] Τούτων

quandoquidem in fraudem & errorem humani generis priusquam ille homo inter homines existeret, nonnulli per Poëtas, instinctu, quos diximus, malorum geniorum, ista perinde atque jam facta essent, fabulis compositis referre occuparunt; eodem nempe modo, quo famosa atque impia crimina adversus nos designarunt, quorum neque testis, neque probatio ulla extat: redargutionem hujusmodi instituemus.

XXXII. Primò, quia cùm congruentia cum Græcis dicamus, soli tamen odio habemur propter nomen Christi; &

in patrio (*Genitivo*) casu numero multitudinis aptiùs fortassis legetur, ut τούτων superiora omnia demonstret. PERIONIUS. Indigitat nimirum vox τούτων tam figmenta Poëtarum ante Christum natum, quibus religio Ethnicorum erat corrupta, quàm recens post Christi tempora enatas Simonis Magi ac sequentium hæreticorum impostura. Illis quippe opposita sunt, quæ num. 1. & 2. edisserit; his, quæ num. 3. subjungit. Eò autem præcipuè tendit Elenchus, ut Christianorum doctrinam atque religionem, licet quædam Ethnicæ similia habeat, ab hâc tamen diversam, & longè præstantiorem, imo solam veram esse evincat.

4 Πρῶτον μέν,] Differentiam Christianæ religionis ab Ethnicis ritibus *primò* ex hoc planè ostendit, quod licet in quibusdam convenire videantur, odium tamen, imo supplicium Christiani patiantur ob id solum, quod Christum colant; Ethnicis contrà lignа, flumina, bruta adorantibus.

& cùm nihil iniqui committamus, tanquam peccatores ad necem rapimur: aliis alibi & arbores, & flumina, & mures, & feles, & crocodilos, & brutorum animantium multa colentibus: & quidem non eadem cunctis, ſed alia alibi venerantibus, ita ut in univerſum impii alii aliis ſint, quod non eadem *pro diis* colant. (Atqui id unicum habetis, quod nobis criminis loco objiciatis, non eoſdem nos vobiſcum colere Deos, neque mortuis libamina & nidores adipum, neque ſutiles coronas & victimas offerre.) Quod namque non eadem apud hos quidem Numinum, apud alios autem ferarum, apud quoſdam hoſtiarum loco lege latâ habeantur, probè noſtis.

καὶ μηδὲν ἀδικοῦντες, ὡς ἁμαρτωλοὶ ἀναιρούμεθα· ἄλλων ἀλλαχοῦ καὶ δένδρα σεβομένων, καὶ ποταμούς, καὶ μῦς, [1] καὶ αἰλούρους, καὶ κροκοδείλους, καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ πολλά· καὶ ὃ τῶν αὐτῶν ὑπὸ πάντων τιμωμένων, ἀλλὰ ἄλλων ἀλλαχόσε, ὡς εἶναι ἀσεβεῖς ἀλλήλοις πάντας, λείπει τὸ μὴ τὰ αὐτὰ σέβειν. ὅπερ μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ σὺν αὐτοῖς ὑμῖν σέβομεν θεούς, μηδὲ ταῖς ἀποθανοῦσι χοὰς καὶ κνίσας, καὶ [2] ἐν χαφαῖς στέφανος καὶ θυσίας φέρομεν. [3] ὅτι γὰρ ἃ τὰ αὐτὰ παρ' οἷς μὲν θεοί, παρ' οἷς δὲ θηρία, παρ' οἷς δὲ ἱερεῖα νενομισμένα ἐστίν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε.

XXXIII. Secundò cùm ex omni hominum genere pridem

λγ'. Δεύτερον δέ, ὅτι ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων [4] οἱ παλαιοὶ σεσώμενοι

1 καὶ αἰλούρους, &c.] Lege Athenagoræ Apologiam p. 2.

2 ἐν χαφαῖς στέφανος] Quinam illi ſint ἐν χαφαῖς στέφανοι? Vox illa quidem *picturas* vel per picturam expreſſas corollas ſonat; ſed quales illæ? Dum alius quærat, interea legam: ἐν ἀφαῖς στέφανος. Ita vocat eleganter Juſtinus *ſutiles coronas*. Ἐν ἀφαῖς dixit pro ἐκτύποις. Sic *marmora in exemplis*, pro exemplata vel figuris ornata; & *poëmata in gemmis*, pro, gemmata. Anaſtaſius & neſcio quis ἄγγεα ἐν τύποις, formis vel figuris expreſſos. Coronas ejuſmodi futiles ἀμάραντα ἄνθινα vocat Heſychius. Unde *ſuere corollas* Tertulliano de Pallio: *Ut poſt monſtra transfixa coronam ſorte ſuerent*; Martiali: *Sutilis aptetur roſa crinibus*. SALM. in Notis ad Julii Capitolini Vitam Marci Antonini Philoſophi cap. 4. pag. 301. ſeqq. Tom. 1. edit. Lugdun.

3 ὅτι γὰρ ἃ τὰ αὐτὰ] Negativum ἃ fruſtra expungendum cenſuere *Langius* Interpres, & *Sylburgius* Animadverſor.

4 οἱ παλαιοὶ σεσώμενοι] Bene *Sylburgius* conjecit legendum οἱ πάλαι prout ſupra pag. 25. lin. 18. ſeqq. ita ut οἱ σεσώμενοι conſtituatur cum κατὰ φρονήσαντες; alioquì enim mutilus foret textus. Atqui id ſecundum pro diverſitate Chriſtianæ & Ethnicæ religionis eſt argumentum: neque enim illius confeſſores hujus exercitium

adeo

Διόνυσον τὸν Σεμέλης, καὶ Ἀπόλλωνα τὸν Λητοΐδην; οἳ δὲ ἔρωτας ἀρρένων ὅσα ἐπραξαν, αἰσχρὸν καὶ λέγειν· καὶ οἱ [1] Περσεφόνην καὶ Ἀφροδίτην, [2] τὰς μετὰ τὸν Ἄδωνιν αἰσθησείσας, ὧν καὶ τὰ μυστήρια ἄγετε· ἢ Ἀσκληπιὸν, ἢ τινὰ τῶν ἄλλων νομιζομένων θεῶν, καίπερ θανάτου ἁπλᾶ μύθῳ, [3] διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τούτων μὲν κατεφρονήσαμεν· [4] Θεῷ δὲ τῷ ἀγεννήτῳ καὶ ἀπαθεῖ ἑαυτοὺς ἀνεθήκαμεν, οὐ μέντοι ἐπ' Ἀντιόπην καὶ τὰς ἄλλας ὁμοίως, οὐδὲ ὅπῃ Γανυμήδην δι' οἶστρον ἐληλυθέναι πειθόμεθα, οὐδὲ λυθῆναι βοηθείσης τυχόντα διὰ Θέτιδος τοῦ τῆς ἑκατονταχείρου σκέψαι, οὐδὲ μεριμνῶντα [5] διὰ

Bacchum Semeles, & Apollinem Latonæ filios, qui præ *fœdis* in masculos amoribus quanta egerint, dictu quoque turpe est; & Proserpinam & Venerem, quarum propter Adonim libidinis furore actarum mysteria quoque celebratis: aut Æsculapium, aut aliorum quemquam, qui nominantur, deorum coluerimus; *nunc* quamvis morte minis intentatâ, illos quidem contemsimus per Jesum Christum; Deo autem ingenito, & perpessionis omnis experti, nos ipsos dedicavimus: quem neque ad Antiopen aliasve similiter, neque ad Ganymedem œstro *libidinis* incitatum venisse, neque suppetiis Centimani illius, quas per Thetidem obtinuerat, vinculis solutum esse, neque anxiè sollicitum ejus rei

adeo constanter, morte licet intentatâ, recusassent, nisi magna interederet differentia, quam inde uno alteroque exemplo breviter confirmat.

1 Περσεφόνην] Κόρην cum *Rob. Stephano* mavult *Sylburgius*, de qua inferiùs pag. 97. edit. Paris. ait Justinus: Τὴν Κόρην θυγατέρα Διὸς ἔφασαν. Sed frustra; siquidem eadem Φερσεφόνη καὶ Κόρη κέκληται. *Proserpina & Core vocatur*, uti Athenagoras in Apologia ait pag. 19. edit. Paris. Confer Diogenem Laërtium in vita Pythagoræ.

2 τὰς μετὰ τὸν Ἄδωνιν αἰσθησείσας,] Ἐμθησείσας pro αἰσθησείσας reponit *R. Stephanus*; quod plane corruptum est. Præterea, ut ex Mythologicis perspicuum est, ita potiùs legendum fuerit: τὴν μὲν μετὰ τὸν Ἄδωνιν, τὴν δὲ μετὰ τὸν Δίδυμον αἰσθησείσας. Nam Venus quidem Adonin deperiit; Proserpina verò ab Aidoneo seu Plutone rapta fuit: quâ de re apud Clementem quoque monui ad pag. 10. lin. 12. SYLBURG.

3 διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ] Non minus aptè accusativo casu legerimus, δι' Ἰησοῦν Χριστόν. (*Propter Jesum Christum.*) SYLBURG.

4 Θεῷ δὲ τῷ ἀγεννήτῳ καὶ ἀπαθεῖ ἑαυτοὺς ἀνεθήκαμεν,] Ita & suprà pag. 25. lin. 22. ἀγαθῷ καὶ ἀγεννήτῳ Θεῷ ἑαυτοὺς ἀναπεμπόντες. Conf. p. 93. (in marg.)

5 διὰ τοῦτο] Nescio an δῆτα legendum potiùs, vel majore mutatione facta διὰ τί ποτε τῆς Θετίδος Ἀχιλέως *per iram Achillis filii Thetidis*. Est autem allusio ad initium Iliados ϛ. SYLBURG.

rei causâ, ut Achilles Thetidis *filius* propter pellicem Briseidem complures Græcorum perderet, *permisisse* credimus, & credentium vicem per commiserationem dolemus; auctores autem rerum talium dæmones esse novimus.

XXXIV. Tertiò, post ascensionem Christi in cœlum iidem dæmones in medium protruserunt mortales quosdam, qui se ipsos Deos esse dixerunt: qui tantum abest, ut persequutionem à vobis sint passi, ut honoribus quoque digni sint habiti. *Simonem* scilicet quendam *Samaritanum* (*excitavit*) in vico, cui Gitthon nomen est, natum, qui sub Claudio

τοῦτο τὸν τῆς Θέτιδος Ἀχιλλέα διὰ τὴν παλλακίδα Βρισηίδα ὀλέσαι πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων, καὶ τοὺς πεισθομένους ἐλεοῦμεν· τὰς δὲ τούτων αἰτίους δαίμονας γινώσκομεν.

λδ'. Τέλειον δέ, ὅτι καὶ μετὰ τὴν ἀνάδυσιν τοῦ Χριστοῦ εἰς οὐρανὸν, παρεσάλευσάν τινες δαίμονες ἀνθρώπους πρὸς λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεούς· οἳ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν κατηξιώθησαν. Σίμωνά μέν τινα Σαμαρέα, τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γιτθῶν, ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καί-

1 τέλειον δέ,] Tertium argumentum, quo diversitatem Christianorum & Ethnicorum placitorum probat, petit à Simonis Magi personâ, ab illis rejecta, ab his contrà pro Deo accepta; sicut & sequentes hæretici, veluti Marcionitæ, contra quos Justinus Martyr aliique veri Christiani calamo pugnarunt, ab Ethnicis persecutionem haud sunt passi.

2 μετὰ τὴν ἀνάδυσιν — ἕτερον ὡσαύτως ψευσάμενον λέγουσι.] Hæc Justini M. de Simone ejusque scorto verba allegavit Euseb. lib. II. Hist. Eccles. cap. 13. cujus, ut & aliorum varias lectiones hîc annotare placet.

3 ἀνάδυσιν δὲ Χριστοῦ εἰς οὐρανὸν,] Apud Euseb. ἀνάληψιν δὲ Κυρίου εἰς οὐρανόν. Sed priorem lectionem in Justini editt. genuinam esse, vix me dubitare sinit Dialogus cum Tryphone p. 258. ubi itidem ascensionem Domini dicit τὴν δὲ Χριστοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάληψιν.

4 παρεσάλευσάν] Euseb. habet aoristum παρεσάλευσαν.

5 τιμῶν κατηξιώθησαν.] Euseb. ἠξιώθησαν, dempta præpositione; Zonaras autem pag. 187. τιμῆς ἠξιώθησαν, plurali nominis numero in singularem verso. SYLBURG.

6 Γιτθῶν,] In *R. Stephani* edit. vitiosè excusum τέλειον, prout animadvertit *Sylburgius*, qui in sua inde editione excudi fecit γίτθων; attamen annotat in Zonara γιτθῶν, ultimâ circumflexa, legi, quomodo & Eusebii textus in Valesii edit. habet; in Epiphanio Hæres. XXI. autem γιτθῶν. Cæterùm tam dictam Simonis patriam, quàm patrem matremque nominat Auctor Recognitionum Clementis lib. 2. §. 6. *Simon hic patre Antonio, matre Rachel natus est, gente Samaritanus, ex vico Gythonum.* Ubi tamen MSS. quædam habent *Gethonum*, al. *Gethonym.*

1 Καί-

Καίσαρος [1] ἀφ' ἧς τῆς ἐνεργόντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς [2] ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ρώμῃ, Θεὸς ἐνομίσθη, ἐν ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς θεὸς τετιμημένος. [3] ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ, μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ρωμαϊκὴν ταύτην· [4] Σίμωνι Δεῳ σάγκτῳ. καὶ σχεδὸν [6] πάντες μὲν Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν εἰσὶ, τοῦτον θεὸν πρῶτον λόγον ἔχουσι, καὶ σέβονται μᾶλλον καὶ Μένανδρον τὸν ἐκ Σαμαρείας γενόμενον ἐπὶ τοῦ Σίμωνος γόητα, ὃς καὶ αὐτὸς πολλοὺς ἐξαπατήσας τῇ μαγικῇ τέχνῃ ἐποίησεν ἑαυτὸν θεὸν νομίζεσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν ἐπιόντων ἐκείνῳ δαιμόνων ἐξαπατηθέντας ἐπὶ τοῦ βίου τοῦτο ἔχειν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἐλπίδα ἀναστάσεως ἐκ νεκρῶν καὶ ζωῆς αἰωνίου, καὶ μέχρι νῦν ἐστὶν ὃς ἐκείνῳ πείθεται.

Cæsare efficacium dæmonum arte in imperiali urbe vestrâ Româ propter magicas, quas exhibuit virtutes, Deus habitus est, & statuâ apud vos veluti Deus honoratus: quæ statua in amne Tiberi inter duos pontes est erecta, Latinam hanc habens inscriptionem: *Simoni DEO sancto.* Ac Samaritani propè omnes, ex

1 Ἀφ' ἧς τῶν ἐνεργόντων δαιμόνων τέχνης] Zonaras: Ἀφ' ἧς τῶν δαιμόνων ἐνεργείας. SYLBURG.

2 ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι] Euseb. ἐπὶ τῇ πόλει ὑμῶν τῇ βασιλίδι.

3 ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται] Tria hæc verba in Euseb. desiderantur.

4 Σίμωνι Δεῳ σάγκτῳ.] Jam dudum viri docti observarunt, imperitiâ linguæ Latinæ lapsum esse Justinum, qui statuam *Semoni Sanco* positam, *Simoni Magο* sacratam fuisse putaverit, vicinitate nominum deceptus. Certè statua illa, quam in insula Tiberina viderat Justinus, non ita dudum effossa est cum ea inscriptione, quam dixi, SEMONI SANGO DEO FIDIO. *Sancus*, Deus erat apud Sabinos, qui pactis & fœderibus præerat, à sanciendo dictus: unde etiam *Deus fidius* vocabatur à fide. Quin etiam per eum jurare soliti erant Romani. Fefellerunt Justinum Samaritani quidam, qui statuam illam *Simoni Samaritano* positam fuisse ei persuaserunt. Quasi verò Romani magum ac prestigiatorem adhuc viventem consecravissent: aut quasi Romani Deum adjecto Epitheto *sanctum* vocaverint. VALESIUS in not. ad Euseb. lib. 2. Hist. cap. 13. Pronior fuit Justini lapsus, si isti, quam ipse vidit, statuæ inscriptum fuit: SIMONI DEO SANCTO. Nam sicut *Mercurius* pro *Mercurius*, *Camina* pro *Camena*, *Gimina* pro *Gemina*, & alia sexcenta scripta reperias, (Vide indicem Inscriptionum Gruterianarum;) ita *Simoni* forte pro *Semoni* exaratum fuit, uti bene observavit *Salmasius* in Not. ad *Ælii Spartiani* Vitam Adriani Cæsaris cap. 14. pag. 140. edit. Lugduno-Batavæ. *Sancum* etiam *Sanctum* quandoque appellatum fuisse, ex Ovidii lib. VI. Fastorum constat, ubi ita canit: *Quærebam Nonas Sancto Fidione referrem, An tibi Semo Pater, hic mihi Sanctus ait.* (Quippe Nonis Junii à Romanis Deus iste colebatur) Cæterùm facilem hunc S. Martyris errorem, à quo eum Halloixius prolixâ Dissertatione in Vita ejus frustra conatus est liberare) faciliùs sectati sunt Irenæus, Tertullianus aliique recentiores Patres.

5 σάγκτῳ.] In Eusebio, & forte ab ipso additum, legitur: ἁγίῳ ἴσι Σίμωνι θεῷ ἁγίῳ.

6 πάντες μὲν Σαμαρεῖς,] Hunc locum respexisse videtur Justinus M. in Dialogo cum Tryphone pag. 349. ita locutus: Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ ἓξ ἢ ἑπτὰ ἐθνῶν ἢ ἐμοῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων, τινὲς φρονίδα ποιήσθων, ἐγγράφως Καίσαρι σφᾶς ἐπιτρέψαι, εἶπερ πλανᾶσθε αὐτοὶ καὶ πλανᾶτε τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν Μάγῳ Σίμωνι, ὃν Θεὸν ὑπὲρ ἅπαν ἀρχὴν, καὶ ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν εἶναι λέγουσι. *Neque enim populariorum meorum, Samaritanorum inquam, rationem habui, scriptò Cæsarem compellans; cùm seduci eos in errorem affirma-*

rem,

ex aliis autem nationibus etiam perpauci, illum quasi primum Deum esse confitentes, adorant quoque: & Helenam quandam eo tempore unà cum illo circumvagantem, quæ priùs in lupanari prostiterat, primam ab illo natam intelligentiam dicunt. Deinde *Menandrum* quendam, & ipsum *Samaritanum*, vicò Capparetaiâ ortum, Simonis discipulum, & à dæmonibus agitatum, atque Antiochiæ existentem, multos arte magicâ seduxisse scimus; qui sectatoribus etiam suis minimè morituros esse persuasit; suntque adeò nunc quoque ab eo reliqui nonnulli, qui hoc sic profitentur.

XXXV. *Marcion* verò *Pon-*

μαρεῖς, ὀλίγοι ἢ Ϛ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τ πρῶτον Θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, [1] ἐκεῖνον Ϛ προσκυνοῦσι· ϗ [2] Ἑλένην τινὰ, τὴν [3] συνοσηθεῖσαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο δ καιρὸ, πρότερον [4] ἐπὶ πόρνης [5] τεθεῖσαν, τ [6] ἀπ' αὐτῆ ἔννοιαν πρώτην γνωμένην λέγουσι. [7] Μένανδρον δέ τινα, ϗ αὐτὸν Σαμάρεα, τ ἀπὸ κώμης Καπαρεταίας, γνόμενον μαθητὴν δ Σίμωνος, ἐνεργηθέντα καὶ ὑπὸ τ δαιμονίων, ϗ ἐν Ἀντιοχείᾳ γνόμενον, πολλοὺς ἐξαπατῆσαι λέγουσι μαγικῆς τέχνης εἰδέναι, ὃς ϗ τοὺς αὑτῷ ἑπομένους ὡς μηδὲ ἀποθνήσκειν ἔπεισε· ϗ νῦν εἰσί τινες ἀπ' ἐκείνου τοῦτο ὁμολογοῦντες.

λεῖ. [8] Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικὸν,

rem, qui Simoni genitis suæ Magus crederent, quem Deum supra omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem esse dicunt. Confer alteram Apolog. pag. 52. edit. Paris.

1 ἐκεῖνον ϗ] Hæ duæ voces desiderantur in Eusebio.

2 Ἑλένην τινα,] *Selenem* in versione Eusebii appellat Rufinus, & Auctor Recognitionum Clementis lib. 2. Alii plures verò, in notis ad Irenæi lib. 1. cap. 20. recensiti, *Helenam* vocant.

3 συνοσηθεῖσαν] Συμπαθεῖσαν habet Eusebius; cujus auctoritate *Sylburgius* in sua editione ita excudi fecit. Sed nos à *R. Stephan.* exemplari haud discedimus.

4 ἐπὶ πόρνης] *Perionius* ridiculè vertit: *in tecto*; cùm πόρνη sæpe idem sit quod περιστεῖον, uti præter Lexica do-

cet Valesius in Not. ad dictum Eusebii locum, Clementis Alex. & Chrysostomi verba pro hac significatione adducens.

5 τεθεῖσαν] Ἐν Τύρῳ τ Φοινίκης additur legitur in Eusebio, & forte ab ipso. Idem verò de Simone Mago refert Irenæus lib. 1. cap. 20. quem cum Justino conferri velim.

6 ἀπ' αὐτῆ] Ἀπ' αὐτῆ in Eusebio.

7 Μένανδρον] De hoc quoque lege Irenæum lib. 1. cap. 21. & Auctores ibi in notis allegatos.

8 Μαρκίωνα δέ τινα — κοινὸν ἐστι] Hæc Eusebius lib. IV. Hist. Eccl. cap. 11. citavit, uti rectè monuit Valesius in Notis ad istum Eusebii locum. Confer de hac Justini citatione notas ad Tom. 1. Spicilegii Patrum Seculi II. pag. 242. seq. de ipso autem Marcione Irenæum lib. 1. cap. 29.

1 ἄλλοις

τικὸν, ὃς κ᾽ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοῦ πλανωμένους, [1] ἄλλον τινὰ νομίζειν μείζονα τοῦ δημιουργὸ Θεόν· [2] ὃς κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων, ἀφ᾽ ὧν τ᾽ τ᾽ δαιμόνων συλλήψεως, πολλοὺς [3] πεποίηκε βλασφημίας λέγειν, κ᾽ ἀρνεῖσθαι τ᾽ ποιητὴν τῶνδε ἁπάντων [4] Θεόν· ἄλλον δέ τινα, ὡς ὄντα μείζονα, [5] τὰ μείζονα τῶνδε τῶν ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. [6] πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὁρμώμενοι, [7] ὡς ἔφημεν, χριστιανοὶ καλοῦνται· ὃν τρόπον [8] κ᾽ οἱ ἀφ᾽ ἡμῶν ὄντων τῶν αὐτῶν δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινὸν ἔχειν. εἰ δ᾽ κ᾽ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι, λυχνίας μὲν ἀνατρέπειν, κ᾽ τὰς ἀνέδην μίξεις, καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βορὰς, ἃ

ticus hodie etiam discipulos docet, alium quendam opificem *mundi* majorem opinari Deum: qui per omne genus hominum, dæmonum fretus auxilio, plurimis auctor est, ut blasphema dicant, & effectorem hujus universitatis Deum negent: alium autem quendam, ut majorem, majora quàm hunc condidisse profiteantur. *Atque* omnes, qui ab his prodeunt, quemadmodum diximus, Christiani vocantur: haud aliter atque Philosophis, cùm eis non sint communia dogmata, *tamen* quod à Philosophiâ dicitur, commune omnibus est nomen. An verò etiam hi nefanda illa & fabulosis in vulgus sparsa sermonibus facinora committant, lucernæ eversionem, & promiscuos concubitus, atque humanarum carnium pabula,

1 ἄλλον τινὰ νομίζειν μείζονα τῶ δημιουργῶ] *Sylburg.* annotat Eusebium pag. 36. (edit. nimirum R. Stephani) in hujus loci citatione habere ὀνομάζειν μείζω, *nominare majorem.* Sed in *Valesii* editione pag. 125. extat εἶναι νομίζειν μείζω.

2 ὃς κ᾽] ὃς κ᾽ κ᾽ legitur in Eusebio.

3 πεποίηκε βλασφημίας λέγειν] Eusebio πέπεικε βλάσφημα λέγειν. *Persuasit blasphema proloqui.* SYLBURG.

4 Θεόν] Loco unius istius vocis Eusebio habet πατέρα εἶναι δ᾽ Χριστὸν, sed perperam, uti Valesius in istum locum bene animadvertit.

5 τὰ μείζονα] Hæ duæ voces occasione præcedentis μείζονα male in Eusebio sunt omissæ.

6 πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὁρμώμενοι] Idem Eusebio κ᾽ πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὁρμηθέντες, additâ conjunctione & mutato verbi tempore. SYLBURG. Et particula quidem copulativa necessariò videtur addenda.

7 ὡς ἔφημεν,] Eusebio ὡς ἔφαμεν. Dixit verò hæc Justinus suprà pag. 8. lin. 14. seqq. & pag. 12. lin. 14. seqq.

8 κ᾽ οἱ ἀφ᾽ ἡμῶν ὄντων — ἔχειν.] Eusebio κ᾽ οἱ ἀφ᾽ ἡμῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, *etiamsi non communia sint dogmata Philosophis*, id est, *etiamsi non consentiant in dogmatis*, & mox τὸ ἐπικαλούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινὸν ἐστι. Cum vulgata Justini lectione consonant eadem fere ejusdem Justini verba suprà p. 56. lin. 34. (in hac editione) modò dictâ p. 12. lin. 20. seqq. SYLBURG.

bula, nos latet: aſt haud vexari eos, neque occidi à vobis, ob ipſa etiam dogmata ſua, compertum habemus. Eſt autem nobis liber contra omnes enatas hæreſes compoſitus: quem ſi legere volueritis, dabimus.

XXXVI. Nos ſanè, ne quid iniqui vel impii committamus, pueros etiam recens natos exponere, improborum eſſe didicimus hominum: primùm quidem, quod omnes ferè videamus ad fornicationem proſtitui, non puellas modò, ſed & maſculos. Etenim quemadmodum veteres

γινώσκομεν· ἀλλ' ὅτι μὴ διώκειν, μηδὲ φονεύειν ὑφ' ὑμῶν, καὶ αἱ τὰ δόγματα, ἐπιστάμεθα. [1] ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ [2] σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων [3] συντεταγμένον· ᾧ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν.

λς'. [4] Ἡμεῖς δὲ, [5] ἵνα μηδένα διώκωμεν, μηδὲ ἀσεβῶμεν, [6] ἐκτιθέναι καὶ τὰ γεννώμενα, [7] πονηρῶν εἶναι δεδιδάγμεθα· πρῶτον μέν, ὅτι τοὺς πάντας ὁρῶμεν ὅτι πορνείας ἐφιεμένους, οὐ μόνον τὰς κόρας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρσενας· καὶ [8] ὃν τρόπον λέγοντες

1 ἔστι δὲ — δώσομεν.] Hanc quoque periodum Euſebius loco priùs dicto allegavit.

2 συνταγμα] De hoc Juſtini tractatu jam deperdito aliqua dixi in Spicilegio Patrum Seculi II. pag. 44. ſeq. & pag. 166.

3 συντεταγμένον.] Hoc verbum, quaſi ſuperfluum, omiſſum eſt in Euſeb.

4 Ἡμεῖς δὲ,] Ulteriùs quàm diverſis inſtitutis Chriſtiani ab Ethnicis ſint diſtincti, egregiè probat, ac ſimul calumnias Chriſtianis aſperſas diluit.

5 ἵνα μηδένα διώκωμεν, μηδὲ ἀσεβῶμεν,] Convenientiùs cum *Fl. Stephano* legemus, *ἵνα μηδένα ἀδικῶμεν, ut nemi quem afficiamus injuriâ*, præſertim cum & pag. ſeq. verſ. 29. (hìc pag. 58. lin. 2.) ἀσέβεια & ἀδικία copulentur. SYLBURG. Eandem conjecturam habet *Billius* lib. 2. obſervat. ſacr. cap. 6. quæ inde maximè probatur, quod locus iſte, ubi ἀσέβεια & ἀδικία jungitur, intra hanc ipſam periodum, utpote longiſſimam, (uti mox monebo) contineatur. Nullum autem mihi dubium eſt, non μηδένα ἀδικῶμεν, ſed μηδὲν vel μηδὲ ἀδικῶμεν, *ut nihil iniqui agamus*, reponendum eſſe.

6 ἐκτιθέναι τὰ γεννώμενα.] Idem *Stephanus* annotat, fortaſſe poſt commation iſtud, ἐκτιθέναι τὰ γεννώμενα, deeſſe παραιτούμεθα, aut aliud hujuſmodi verbum, & cauſalem particulam ὅτι. Sed poteſt etiam abſque illis & ſtructura conſiſtere & ſententia. SYLBURG. Citra verò, imo contra omnem rationem *Perionius* ſollicitat vocem γεννώμενα, quâ *liberos recens natos* indigitat Juſtinus, quaſi melius foret legere γεννωμένα. Atqui hanc vocem ad ſequentia non quadrare, quilibet videre poteſt.

7 πονηρῶν εἶναι] Poſſet quoque commodè legi πορνῶν.

8 ὃν τρόπον λέγοντες οἱ παλαιοὶ ἀγέλας βοῶν, &c.] His gemina habet Tatianus pag. 100. mentionem faciens Ρωμαίων, παίδων ἀγέλας, ὥσπερ ἵππων φορβάδων, σωναγείρειν πειρωμένων, *Romanorum, qui pueros quamplurimos, veluti equos gregales, colligere ſtudio habent*; nec non Clemens Alexandrinus lib. III. Pædagogi cap. 4. pag. 299. Οἰνο-

χόων

λέγοντες οἱ παλαιοὶ ἀγέλας βοῶν, ἢ αἰγῶν, ἢ ποιμάτων τρέφειν, ἢ ἵππων φορβάδων, οὕτω νῦν καὶ [1] παῖδας εἰς τὸ αἰσχρῶς χρῆσθαι μόνον, καὶ ὁμοίως θηλειῶν καὶ [2] ἀνδρογύνων, καὶ ἀῤῥητοποιῶν πλῆθος κατὰ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τοῦτο τὸ ἄγος ἔσηκε. (3 καὶ τούτων μισθὸς καὶ εἰσφορὰς καὶ τέλη λαμβάνετε, δέον ἐκκόψαι ἀπὸ τῆς ὑμετέρας οἰκουμένης. καὶ τῶν τοιούτοις χρωμένων τις, ποὸς τῇ ἀθέῳ καὶ ἀσεβεῖ καὶ ἀκρατεῖ μίξει, εἰ τύχοι, τέκνῳ, [4] ἢ συγγενεῖ, ἢ ἀδελφῷ μίγνυται. οἱ δὲ καὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα καὶ τὰς ὁμοζύγους παραγωγεύοντες· καὶ φανερῶς εἰς κιναιδίαν ἀποκόπτοντές τινες, καὶ [5] εἰς μητέρα θεῶν τὰ μυστήρια ἀναφέρουσι·

dicuntur armenta & greges boum, vel caprarum, vel ovium, vel equorum gregalium aluisse; ita nunc & pueri ad turpem duntaxat usum, atque itidem fœminarum & ambigui sexûs hominum, atque eorum qui nefanda perpetrant, turba ad istud piaculum, per nationem omnem prostat. (Atque horum vos mercedes, & collationes, & tributa capitis: quæ omnia in orbe vestro excisa oportuit. Et aliquis cum hisce consuescens, præterquam quod à Dei religione abhorrenti, impio, atque incontinenti se polluit concubitu, cum liberis etiam, si fors ita ferat, aut cognato, aut germano miscetur. Sunt qui liberos quoque suos & conjuges prostituunt: & manifestò quidam ad *exercendam* obscœnitatem castrantur, atque in Matrem deorum sacra hujusmodi referunt: ac

χάν τι ὅμιλον ἀσκῆται παῤ αὐτοῖς, ἢ μειρακίων ὡραίων ἀγέλαι, καθάπερ ποιμνίων, *Exercetur ab eis turba pocillatorum, & formosorum adolescentium, tanquam pecorum greges, &c.*

1 παῖδας] Forte παῖδες vel παίδων legendum, sicuti θηλειῶν &c.

2 ἀνδρογύνων,] De hac voce lege, si placet, Spicileg. Patrum Sec. I. p. 293.

3 (καὶ τούτων &c.] Parentheseos ejusque longissimæ, signum hîc exprimere placuit: quippe cum istis, quæ paulo antè præcesserunt, ποῦτον μὲν, ὅτι τὰς παίδας &c. apertè cohærent quæ sequuntur pag. 58. lin. 2. καὶ πάλιν μὴ τῶν ἐκπεπτώκοτων τις &c.

4 ἢ συγγενεῖ,] Has duas voces in Paris. & Germanicâ edit. per incuriam Typographi omissas, ex *R. Stephani* & *Commeliniano* exemplari restitui.

5 εἰς μητέρα θεῶν τὰ μυστήρια ἀναφέρουσι·] Has apud Tatianum pag. 100. intellige τὰς παρὰ πᾶσι ῥητορείας, ἀλλ' ἠλιθιοτήτων καὶ ἀνδρογύνων συνιστορίας, quarum obscœnitas inter alia Tatiano Ethnicæ religionis vanitatem ostendit. Hanc quoque Ethnicis objecit Prudentius, cujus versus ex Romano, sive Hymno XIV. περὶ στεφάνων, ad calcem hujus libelli pag. 22. hunc locum mirificè illustrant. Lege insuper Auctores à *Weitzio* in Notis ad istum Prudentii locum, nempe vers. 1066. allegatos.

1 Θεῶν.]

ac apud quemque eorum, qui à vobis cenſentur, deorum ſerpens magni inſtar ſymboli ac myſterii pingitur. Atque ea, quæ à Vobis, quaſi Divinum lumen everſum non amplius præſto eſſet, palam aguntur, imo in precio habentur, nobis adſcribitis. Quod certè quidem nobis, qui ab hujuſmodi committendis prorſus alieni ſumus, nihil affert detrimenti; ſed potiùs patratoribus ipſis, & falsò teſtificantibus. Apud nos quidem anteſignanus malorum dæmonum *ſerpens* vocatur, & *Satanas*, & *Diabolus*; ſicut ex ſcriptis noſtris, ſi inquiratis, cognoſcere poteſtis: quem unà cum militiâ ſuâ & hominibus eum ſequentibus in ignem miſſum, & per ſeculum infinitum excruciatum iri, præmonſtravit Chriſtus.

καὶ ἄθεα πάντα τὰ νομιζομένων παρ' ὑμῖν [1] Θεῶν, [2] ὅφις σύμβολον μέγα καὶ μυστήριον ἀναγεγράφεται. καὶ τὰ φανερῶς ὑμῖν πραττόμενα, καὶ [3] τιμώμενα, ὡς ἀναπεπταμένου καὶ ἐ παρόντος φωτὸς θείου, ἡμῖν ἐπισυγκάφεται ὅπερ ἀπηλλαγμένοις ἡμῖν τοῦ πράττειν τὰ τοιαῦτα οὐ βλάβην φέρει, ἀλλὰ τοῖς πράττουσι καὶ ψευδομαρτυροῦσι μᾶλλον. [4] παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ ὁ ἀρχηγέτης τῶν κακῶν δαιμόνων, [5] ὄφις καλούμενος, καὶ σατανᾶς, καὶ Διάβολος, ὡς καὶ [6] ἐκ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων ἐρευνήσαντες μαθεῖν δύνασθε· ὃν εἰς τὸ πῦρ πεμφθήσεσθαι μετὰ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς καὶ τῶν ἐπομένων ἀνθρώπων, κολαζομένους τὸν ἀπέραντον αἰῶνα, προεμαρτύρατο ὁ Χριστός. καὶ

71

1 Θεῶν,] Non minus convenienter legeris ἀθέων, nempe ad Genitivos illos τῶν νομιζομένων relatione facta: niſi forte ſingulariter malis παρὰ παντὶ τῷ νομιζομένῳ παρ' ὑμῖν Θεῷ. SYLBURG.

2 ὅφις σύμβολον μέγα] Quinam præcipuè ſerpentem pro Deo, vel ſymbolo Deitatis habuerint, diſcere eſt ex Voſſii lib. IV. de Idololatria Gentilium cap. 63. & lib. IX. cap. 11.

3 τιμώμενα,] *Longus* fruſtra ſuſpicatus negativam particulam μὴ deeſſe, vertit, *quæ non puniuntur*. Attamen non neceſſariam eſſe ullam mutationem, ſed τιμώμενα, *quæ in honore ſunt*, reddi poſſe, ipſe in notis confitetur.

4 παρ' ὑμῖν μὲν] Et hoc differentiam Chriſtianæ atque Ethnicæ religionis planè oſtendit: ſiquidem ſerpens, ex hujus inſtituto, Dei; ex illius placito, Diaboli ſignum eſt.

5 ὄφις καλούμενος, καὶ σατανᾶς, καὶ Διάβολος·] Ita & in Dialogo cum Tryphone pag. 331. de Principe Dæmoniorum ait: ὃν Μωϋσῆς μὲν ὄφιν καλεῖ, καὶ δὲ τὸν Ἰαὼ καὶ τὸν Ζαβαὼθ Διάβολον κέκληται, καὶ νῦν δ' Ἰησοῦ στρατιὰς σφάζουσιν.

6 ἐκ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων] Præter loca in Dialogo cum Tryphone indicata reſpexit Apocalypſin S. Joannis cap 20. verſ. 2. ubi omnia tria iſta maligni Spiritûs nomina junctim habentur: τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον, ὅς ἐστι Διάβολος καὶ σατανᾶς.

καὶ γὰρ ἡ ὑπομονὴ [1] τοῦ μηδέπω τοῦτο πεφάξαι τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸ ἀνθρώπινον γένος γνῶναι. προγινώσκει γὰρ τινας [2] ἐκ μετανοίας σωθήσεσθαι μέλλοντας, καί τινας μηδέπω ἴσως γεγενημένους. καὶ [3] τὴν ἀρχὴν νοερὸν καὶ δυνάμενον αἱρεῖσθαι τἀληθῆ, καὶ εὖ πράττειν, τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον πεποίηκεν, ὥστ' ἀναπολόγητον εἶναι τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις πρὸς τὸν Θεόν· λογικοὶ γὰρ καὶ θεωρητικοὶ γεγένηνται. εἰ δέ τις ἀπιστεῖ μέλειν τούτων τῷ Θεῷ, ἢ μὴ εἶναι αὐτὸν [4] ἀπὸ τέχνης ὁμολογήσει, ἢ ὄντα χαίρειν κακία φήσει, ἢ λίθῳ ἐοικότα μένειν, καὶ μηδὲν εἶναι ἀρετὴν μηδὲ κακίαν, δόξῃ δὲ μόνον τοὺς ἀνθρώπους ἢ ἀγαθὰ, ἢ κακὰ τοῦτο ἡγεῖ-

Porro mora, quâ hoc nondum à Deo factum est, propter humanum genus accidit. Prævidet namque quosdam ex pœnitentiâ salutem consequuturos, horumque aliquos fortassis necdum natos. Et ab initio ille genus humanum intelligentiâ & potestate liberi arbitrii vera consectandi, ac bene agendi præditum condidit; adeo ut nulli hominum ulla coram Deo *reliqua* sit excusatio. Rationales enim & ad contemplationem apti creati sunt. Si quis verò non credit, Deum ista curare, aut non confitebitur ex arte, *sive opificio Dei*, eum existere; aut si exîstat, pravitate gaudere, aut saxi instar persistere, & neque virtutem, neque vitium quidquam esse *dicit*, & homines opinione tantùm hæc vel bona vel mala putare censet:

1 Τοῦ μηδέπω τοῦτο πεφάξαι τὸν Θεὸν,] Dæmones unà cum Principe suo *vinculis* quidem *æternis sub caligine*, visione scilicet Dei privati, *reservantur in judicium magni diei*, uti S. Judas vers. 6. Epistolæ Catholicæ scripsit; ast nondum in abyssum atque æternum ignem detrusi sunt, in quem post extremum judicium conjicientur; imo tanquam *mundi rectores tenebrarum hujus sæculi* ἐν τοῖς ἐπουρανίοις *in cœlestibus*, id est, *in aëre*, versantur, uti S. Paulus Ephes. II. 2. & VI. 12. diserte docet, æterni ignis tormenta exhorrescentes, sed nondum sentientes. Unde Dæmones Christum alloquebantur Matth. VIII. 29. ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; *Venisti hinc, ut ante tempus nos torqueres?*

2 ἐκ μετανοίας σωθήσεσθαι] Irenæus lib. I. cap. 2. in fine pag. 45. novæ edit. τοῖς (μὲν) ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς δὲ ἐκ μετανοίας ζωὴν χαρισάμενος, *quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex pœnitentia salutem donans*; ubi vide, si placet, annotata.

3 τὴν ἀρχὴν νοερὸν καὶ δυνάμενον αἱρεῖσθαι &c.] Ita iterum Irenæus lib. IV. cap. 71. ab initio: *Hominem liberum Deus fecit ab initio, habentem suam potestatem sicut & suam animam, ad utendum sententiâ Dei voluntarie, & non coactum à Deo.*

4 Ἀπὸ τέχνης] Διὰ τέχνης vel ἀπὸ τέχνης legendum frustra conjecit *Billius* lib. 2. observat. sacr. cap. 6. Vulgata enim lectio optima est, si ita, ut suprà, exponatur ex Sapient. XIII. 1.

set: hæc quidem summa impietas est, & injustitia:) tum autem quòd metuamus, ne quis expositorum infantium non susceptus, morte interiret, & homicidæ fiamus.

XXXVII. Quin omnino vel matrimonium non aliter contrahimus, nisi liberorum educandorum gratiâ; vel conjugium detrectantes, perpetuò nos continemus. Et jam nostrorum quidam, ut vobis persuaderet, non esse penes nos mysterium, promiscuam commistionem, Alexandriæ Felici præfidi libellum obtulit, medico permitti postulans, ut testes sibi exscinderet: nam sine permissu præfidis id facere, isthic loci medici interdictum esse dicebant. Felice verò prorsus nolente subscribere, perseverans in sententia suo adolescens, in sua & eorum, qui idem secum sentiebant, conscientiâ acquievit. Non alie-

ὧδε· [1] ἥτις μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστί·) [2] καὶ πάλιν μὴ τῶν ἐκτιθέντων τὶς μὴ ἀναλημφθεὶς θανατωθῇ. καὶ ὧμεν ἀποφόνοι.

ΚΖ'. Ἀλλ' ἡ τ ἀρχὴν οὐκ ἐγαμήσαμεν, εἰ μὴ ἵνα παίδων ἀνατροφῇ, ἢ ἀβατεύομεν τὸ γήμασθαι, τέλεον ἐνεγκρατεύόμεθα καὶ ἤδη τις τῶν ἡμετέρων, ὑπὲρ τοῦ ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν μυσήριον ἢ ἀνεδὴν μίξις, βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ [3] Φίλικι ἡγεμονεύοντι, ἀξιῶν ἀποτρέψαι ἑαυτῷ, τὰς διδύμας αὐτοῦ ἀφελεῖν· ἄνευ γὰρ τοῦ τὸ ἡγεμόνος ἀποτροπῆς τοῦτο ἀφαιρεῖν [4] ἀπειρῆσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. καὶ μηδόλως βουληθέντος Φίλικος ὑποσχέσθαι, ἐφ' ἑαυτῷ μείνας ὁ νεανίσκος, ἠρκέσθη τῇ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὁμογνωμόνων συνειδήσει. [5] οὐκ ἄτοπον

1 ἥτις μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστί] Aut hic aliquid deest; aut ἀναπαιστόδοτον est, id quod consequitur, lectoris cogitationi relinquens. LANG.

2 καὶ πάλιν] Hæc cum istis pag. 54. lin. 12. ἀφῶσιν cohærere, jam antè pag. 55. not. 3. monui.

3 Φίλικι — Φίλικος] Legendum cum Sylburgio, Φίλικις — Φίλικος.

4 ἀπειρῆσθαι] Quod absque Præfidis permissu Medicis non licitum fuisse dicit, castrare quempiam; cum eo consonat, quod Suetonius in Domitiano cap. 7. scribit: *Castrari mares vetuit, spadonum pretia moderatus est.* SYLBURG.

Martialis lib. 6. Epigram. ita hac de re cecinit: *Lusus erat sacros commisto* 7 *fallere sexu, Lusus & emeritos exsecuisse senes. Utraque tu prohibes Cæsar, populisque futuris Succurris; nasci quos sine fraude jubes.* Philostrati de hoc interdicto verba allegavit Scaliger ad Euseb. pag. 202. col. 2.

5 οὐκ ἄτοπον — ὑπάρχειν.] Hanc periodum allegavit Euseb. lib. IV. Hist. Eccles. cap. 8. eodem prorsus tenore, nisi quod pro ἡγεμόνιον habeat ἡγεμόνα, & præsens χρωμένου loco ἐχρήσατο, item ἀπειρῆσθαι pro πάντως, denique φόνου loco φόνῳ.

1 ἥτιμη-

72 ἔστιν δὲ [1] ἐπιμνηθῆναι ἐν τούτοις ἡμᾶς μέμφεσθε καὶ [2] Ἀντίνοόν τινα νεωστὶ γεγενημένον, ὃν καὶ πάντες ὡς θεὸν ἀλλὰ φόβῳ σέβειν ὥρμηντο, ἐπιζάμενοι τίς τε ἦν, καὶ πόθεν ὑπῆρχεν. [3] ὅπως ἂν μή τις ἀντιλάθηται ἡμῖν, τί κωλύει καὶ τὸν παρ' ἡμῖν λεγόμενον Χριστὸν, ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων ὄντα, [4] μαγικῇ τέχνῃ ὡς λέγομεν δυνάμεις ἐπιποιήσεναι, καὶ δόξαν

num verò esse duco, hoc loco ejus, qui nuper extitit, meminisse *Antinoi*, quem cuncti per timorem tanquam Deum colere cœperunt, probè scientes, quisnam ille fuerit, & unde exstiterit. Verùm ne quis nobis opponat, nihil obstare, quin etiam, qui à nobis vocatur Christus, cùm homo ex hominibus fuerit, arte magicâ virtutes, quas dicimus, ediderit, atque

1 ἐπιμνηθῆναι δὲ τούτοις] Ubi incestos Gentilium amores perstrinxerat, & Christianorum contrà commendaverat castitatem, mantissæ quasi loco adjecit *Antinoi exemplum*, ipsum Imp. Hadrianum Antonini decessorem feriens, utpote cujus fœda cum dicto Antinoo consuetudo satis nota erat, & tamen Deitatis honos huic ab illo ipso decretus.

2 Ἀντίνοόν] De hoc vide notas ad Tom. I. Spicilegii Patrum Seculi II. pag. 255. ubi adducta præcipuè Ælii Spartiani verba: *Græci volente Adriano eum consecraverunt*, confirmant id quod Justinus ait: ἀλλὰ φόβῳ σέβειν ὥρμηντο.

3 ὅπως ἂν μή τις ἀντιλάθηται ἡμῖν,] Commemoraverat Justinus in antecedentibus egregia Christi dogmata ac opera, quibus se filium Dei demonstraverat; contrà filiorum Jovis, Simonis Magi, Antinoi denique ementitam Deitatem redarguerat, hunc merum hominem, nuperrimè inter homines versatum; istum impostorem atque Magum; illos denique ac illorum gesta à Poëtis conficta esse dicens. Ne igitur hæc in JESUM Christianorum Deum retorquerent adversarii, illis obviam it S. Martyr, ac eam quam pag. 44. lin. 28. pollicitus est, demonstrationem Divinæ Christi excellentiæ aggreditur, quâ & Jesum verum Dei filium, & Christianam religionem verum esse evincit, argumento à Prophetiis deducto; quod tanquam aliis probationibus βεβαιότερον, *firmius*, adduxit quoque S. Petrus 2 Epist. cap. 1. vers. 18. Nam, uti Justinus suprà p. 22. l. 17. ait, Θεοῦ ἔργον ἐστὶ, *Dei opus est, prius scilicet promulgare quidquam, quàm fiat, atque id ita factum monstrari, sicut est prædictum.*

4 μαγικῇ τέχνῃ ὡς λέγομεν δυνάμεις ἐπιποιήσεναι,] Eidem objectioni eodem modo occurrit Irenæus lib. II. cap. 57. pag. 188. novæ editionis: Εἰ δὲ τὸν Κύριον φασιν ἀπὸ τῶν τοιούτων ἐπιποιήσεως φάσκοντες, ἐπὶ τὰ ἀναφαίνοντα αὐτοὺς, ἐξ αὐτῶν ἐπιδείξομεν, πάντα ὕστερα καὶ αὐτὰ τῆς ἀναφαίνειας, καὶ γεγενημένα βεβαίως, καὶ αὐτὸν μόνον εἶναι τὸν ὄντα Θεόν. *Si autem & Dominum per phantasmata hujusmodi feciſſe dicunt, ad prophetica reducentes eos, ex ipsis demonstrabimus, omnia sic de eo & prædicta esse, & facta firmissimè, & ipsum solum esse Filium Dei.* Lactantius quoque lib. IV. cap. 13. ubi memoraverat oraculum Apollinis ajentis, *illum* (Jesum) *feciſſe quidem opera, verùm non divinâ virtute, sed magicâ*; ac Judæos idem putasse dixerat, his respondet, quod *ante oculos eorum quotidie fierent illa miracula, quæ iis Prophetæ frustra prædixerant.* Alia autem adversus calumniam repositurus Origenes lib. II. contra Celsum.

que ob id pro Dei filio habitus sit, demonstrationem jam aggrediemur, non tam dicentibus credentes, quàm prædicentibus, priusquam fierent, necessariò fidem habentes, quòd oculis etiam ipsis, ita ut prædicta sunt, & facta esse, & fieri quæque cernamus: quæ certè maxima & verissima vobis quoque, ut arbitramur, videbitur esse probatio.

XXXVIII. Fuere hominesquidam inter Judæos, *Prophetæ Dei*, per quos *Spiritus propheticus*, quæ futura erant, antequam fierent, prænunciavit: atque horum vaticinia, qui pro tempore in Judæa fuere Reges, ita ut, cùm prædicerentur, promulgata sunt, vernaculâ Hebræorum linguâ in libris per ipsos prophetas compositis *perscripta* possidentes conservarunt. Cùm autem Ptolemæus, Ægyptiorum Rex, bibliothecam pararet, & hominum omnium scripta comportare conaretur, de prophetis hisce quoque certior factus, ad *Herodem* Judæorum tunc Regem ξαι. Διὰ τοῦτο μόνον θεὸν εἶναι, τὴν ἀπόδειξιν ἤδη ποιησόμεθα, ἃ πᾶσι λέγεσι πιστεύοντες, ἀλλὰ τοῖς προφητεύουσι πρὶν ἢ γενέσθαι, κατ' ἀνάγκην πειθόμενοι, διὰ τὸ καὶ ὄψει, ὡς προφητεύθη, ὁρᾶν γινόμενα καὶ γινόμενα· ἅπερ μεγίστη καὶ ἀληθεστάτη ἀπόδειξις καὶ ὑμῖν, ὡς νομίζομεν, φανήσεται.

λή. Ἄνθρωποι ἦν τινες ἐν Ἰουδαίοις γεγενημένοι θεοῦ προφῆται, δι' ὧν τὸ προφητικὸν πνεῦμα προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλλοντα, πρὶν ἢ γενέσθαι· καὶ τούτων οἱ ἐν Ἰουδαίοις κατὰ καιροὺς γενόμενοι βασιλεῖς, τὰς προφητείας ὡς ἐλέχθησαν ὅτι προεφητεύοντο, τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν Ἑβραΐδι φωνῇ ἐν βιβλίοις ὑπ' αὐτῶν τῶν προφητῶν συντεταγμένας κτώμενοι, ἐφύλαττον. ὅτε δὲ [1] Πτολεμαῖος ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς βιβλιοθήκην κατεσκεύαζε, καὶ τὰ πάντων ἀνθρώπων συγγράμματα συνάγειν ἐπειρᾶτο, πυθόμενος καὶ περὶ τῶν προφητειῶν τούτων, προσέπεμψε [2] τῷ τῶν Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι

1 Πτολεμαῖος ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς &c.] Eandem rem eadem ratione, imo iisdem ex parte verbis narrat S. Martyr in Paræneſi ad Græcos pag. 13. Philonem Judæum, Joſephum, Irenæum, Clementem Alex. alioſque ut taceam, quorum loca notiora ſunt, quàm ut hîc allegari debeant.

2 τῷ τῶν Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι Herῴδῃ.] Mirum quantum hic locus eruditos hucuſque vexaverit, & quibuſdam, ex infamia S. Patrum gloriam ſibi quærentibus, anſam dederit Juſtinum Martyrem tanquam hiſtoriæ ac temporum à ſuâ ætate haud adeo longè remotorum ignariſſimum traducendi.

λεύοντι Ηρώδῃ, ἀξιῶν διαπεμφθῆναι αὐτῷ τὰς βίβλους τῶν προφητῶν. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Ηρώδης τῇ προειρημένῃ Ἑβραΐδι αὐτῶν φωνῇ γεγραμμένας διεπέμψατο. ἐπειδὴ οὖκ ἦν γνώριμα τὰ ἐν αὐταῖς γεγραμμένα τοῖς Αἰγυπτίοις, [1] πάλιν αὐτὸν ἠξίωσε πέμψαι, τὰς μεταβαλόντας αὐτὰς εἰς τὴν Ελλάδα φωνὴν ἀνθρώπους ὀπαῖς εἶναι, καὶ τοῦτο γνωριζόμενα, [2] ἔμειναι αἱ βίβλοι καὶ παρ' Αἰγυπτίοις μέχρι τοῦ δεῦρο, καὶ πανταχοῦ πᾶσι εἰσιν Ιουδαίοις· οἱ καὶ ἀναγινώσκοντες δὲ συνίασι τὰ εἰρημένα, ἀλλ' [3] ἐχθροὺς

misit, copiam sibi fieri propheticorum librorum petens. Ac Rex quidem Herodes illos, quâ diximus, Hebraicâ linguâ conscriptos, ad eum transmisit. Verùm cùm Ægyptiis incognita essent, quæ in illis scripta erant, denuò legatione missâ illum rogavit, ut ad se, qui libros eos in Græcum transferrent sermonem, homines mitteret. Atque hoc facto, libri apud Ægyptios quoque permansere ad hodiernum usque diem, ac penes omnes ubique Judæos existunt: qui licet eos legant, dicta non intelligunt, sed pro inimicis nos & hostibus

di. Hanc à S. Martyre labem, & ab ejus textu nævum ut abstergerem, sæpius animum intendi, ac nisi is me fallit, tandem originem corruptelæ hujus loci, ejusque genuinam lectionem inveni. Conjicio Justinum non Ηρώδῃ, sed ἱερεῖ scripsisse: quippe Eleazarus, ad quem Ptolemæus legatos misit, & summus Judæorum sacerdos, & Rex simul erat, uti docet Philo Judæus (lib. II. de Vita Mosis pag. 658. quem in Paræneſi hanc in rem laudat Justinus) ita scribens: Πρίσσεις οὖδὲ ἐξέπεμπε πρὸς τὸν τῶν Ιουδαίων ἀρχιερέα καὶ βασιλέα· ὁ δὲ αὐτὸς ἦν. &c. *Legatos confestim misit ad Judæorum Pontificem & Regem: idem enim tunc erat;* utrâque scilicet dignitate præditus: *Penes Pontifices enim summa fuit auctoritas, donec Asamonæorum gens mutato rerum statu Regnum obtinuit, οἱ δὲ ἀρχιερεῖς πρεσβύτεροι τῶν πεφυγμένων, ἄχρις ὅτε τὸς Ασαμωναίε σωτῆρα βασιλέα ἔσχον;* quæ Josephi sunt verba lib. XI. Antiquit. Judaic. cap. 4. pag. 367. Scriba itaque quispiam Reipubl. Judaicæ minus gnarus, legens τότε βασιλεύοντι ἱερεῖ, hoc tanquam proprium Regis nomen accepisse, & quod nullum tale occurreret, vocem contractam vel corruptam suspicatus esse videtur, ideoque haud absimilem, nempe ἡρώδῃ, reposuisse, & paulo post pro βασιλέων ἱερεύς, βασιλεὺς ἡρώδης.

1 πάλιν αὐτὸν ἠξίωσε πέμψαι.] Alii Scriptores antè nominati non nisi unam memorant legationem.

2 ἔμειναι αἱ βίβλοι καὶ παρ' Αἰγυπτίοις μέχρι τοῦ δεῦρο,] Nam Ptolemæus sacros hos libros *asservari jussit diligenter, ut illibati manerent,* ἐκέλευσε πολλῇ σπουδῇ τὰ βιβλίων τῶν ἐκμείνειν ὥσπερ κεῖται, uti Josephus scribit lib. XII. cap. 2. p. 397.

3 ἐχθροὺς ἡμᾶς — ὅπου δύνανται,] Idem S. Martyr Tryphoni Judæo objicit in dialogo his verbis pag. 363. Καὶ ἡμᾶς τοὺς προσδυσωπῶ δι' αὐτῶν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τῶν ὅλων, μισεῖτε καὶ φονεύετε, ὁσάκις ὦν λάβητε ἐξουσίαν. *Et nos per illum* (Jesum) *Deo & Patri rerum universarum credentes odio habetis & occiditis,*

3 ἐν εἰκόνι ἀσωμάτων] Fortassis meliùs legeretur σωμάτων, *corporeorum*. Apparuit enim multis in hominum forma, & cum Abraham epulatus est, cum Jacob autem luctatus, &c. LANG. Atque eandem conjecturam affert quoque ad ea, quæ paulo post pag. 123. lin. 5. extant. Sed retineo vulgatam lectionem, & voce ἀσωμάτων Angelos indicatos puto, sub quorum specie filius Dei quandoque apparuit, antequam carnem indueret.

rum apparuiſſet, nunc porrò ex voluntate DEI, humani generis causâ, homo factus, perpeti etiam ea ſuſtinuit, quibuſcumque illum dæmones à dementibus Judæis affici procurarunt. Qui cùm diſertis verbis in Moſis Commentariis expreſſum dictum haberent: *Et loquutus eſt angelus Dei cum Moſe in igne flammæ è rubo, & dixit: Ego ſum Exiſtens ille, Deus Abraam, & Deus Iſaac, & Deus Jacob*; Parentem & conditorem Univerſitatis hujus hæc dixiſſe affirmant. Idcirco & Spiritus propheticus reprehendens illos, dixit: *Iſrael autem me non cognovit, & populus me non intellexit.* Et rurſus JESUS, prout indicavimus, apud ipſos cùm eſſet: *Nemo*, inquit, *novit Patrem, præterquam Filius; neque Filium, præterquam Pater, & quibus Filius revelaverit.* Itaque Judæi exiſtimantes, ſemper Parentem rerum cunctarum cum Moſe eſſe loquutum, cùm, qui cum eo eſt colloquutus, Filius DEI eſſet, qui & Angelus & Apoſtolus cognominatus eſt: rectè & à prophetico Spiritu, & ab ipſo Chriſto coarguuntur, neque Patrem neque Filium noſſe. Qui enim Filium Patrem eſſe dicunt, convincuntur neque Patrem ſcire, neque Filium eſſe Pa-

δὲ λόγῳ θελήματος Θεοῦ ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἄνθρωπος γενόμενος, ὑπέμεινε καὶ παθεῖν ὅσα αὐτὸν ἐνήργησαν οἱ δαίμονες διατεθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνοήτων Ἰουδαίων. οἵτινες ἔχοντες ῥητῶς εἰρημένον ἐν τοῖς Μωσέως συντάγμασι· [a] καὶ ἐλάλησεν ἄγγελος Θεοῦ τῷ Μωσεῖ ἐν πυρὶ φλογὸς ἐν βάτῳ, καὶ εἶπεν, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ισαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ιακὼβ, τὸν τῶν ὅλων πατέρα καὶ δημιουργὸν τοῦτο εἰπόντα λέγουσιν εἶναι. ὅθεν καὶ τὸ προφητικὸν πνεῦμα ἐλέγχον αὐτοῖς εἶπεν· [b] Ισραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε. καὶ πάλιν ὁ Ιησοῦς, ὡς ἐδηλώσαμεν, παρ' αὐτοῖς ὤν, εἶπεν· [c] οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός· οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰ μὴ πατὴρ, καὶ οἷς ἂν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ. Ιουδαῖοι οὖν ἡγησάμενοι ἀεὶ τὸν πατέρα τῶν ὅλων λελαληκέναι τῷ Μωσεῖ, τὸν λαλήσαντα αὐτῷ ὄντος υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἄγγελος καὶ ἀπόστολος κέκληται, δικαίως ἐλέγχονται καὶ ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ὡς ὅτε τὸν πατέρα ὅτε τὸν υἱὸν ἔγνωσαν. οἱ γὰρ τὸν υἱὸν πατέρα φάσκοντες εἶναι, ἐλέγχονται μήτε τὸν πατέρα ἐπιστάμενοι, μήθ' ὅτι ἐστὶν υἱὸς τῷ

[a] Exod. III. 2, 14, 15. [b] Eſaiæ I. 3. [c] Matth. XI. 27.

πατρὶ

πατρὶ τ ὅλων γινώσκοντες· ὃς καὶ λόγος πρωτότοκος ὢν τ Θεῦ, καὶ [1] Θεὸς ὑπάρχει. καὶ πρότερον ἀφ᾽ τ τ πυρὸς μορφῆς καὶ εἰκόνος ἀσωμάτου τῷ Μωσεῖ ὃ τοῖς ἑτέροις προφήταις ἐφάνη· νῦν δ᾽ ἐπ᾽ ἐσχάτων τ ὑμετέρας ἀρχῆς, ὡς προείπομεν, ἀφ᾽ παρθένου ἄνθρωπος γενόμενος, κατὰ τὴν τ πατρὸς βουλὴν, ὑπὲρ σωτηρίας τῶν πιστευόντων αὐτῷ, καὶ ἐξουθενηθῆναι καὶ παθεῖν ὑπέμεινεν, ἵνα ἀποθανὼν καὶ ἀναστὰς νικήσῃ τ θάνατον. τὸ δὲ εἰρημένον ἐκ βάτου τῷ Μωσεῖ, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ὁ Θεὸς Αβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ισαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ιακὼβ, καὶ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, σημαντικὸν τ καὶ ἀποθανόντας ἐκείνους μένειν, καὶ εἶναι αὐτοὺς τ χριστ ἀνθρώπους. καὶ γὰ πρῶτοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐκεῖνοι περὶ Θεοῦ ζήτησιν ἠρξολήθησαν· Αβραὰμ μὲν πατὴρ ὢν τ Ισαὰκ, Ισαὰκ δὲ τ Ιακώβ, ὡς καὶ Μωσῆς ἀνέγραψε.

πδ'. Καὶ τὸ ἀνεγείρειν δὲ τὸ εἴδωλον [2] τ λεγομένης Κόρης ἐπὶ τ τ ὑδάτων πηγαῖς ἐνεργῆ 97 σαι τοὺ δαίμονας, λέγοντας θυγατέρα αὐτὸν εἶναι τ Διὸς,

tri universorum, nosse: qui quòd Verbum & Primogenitus Dei sit, Deus etiam est. Ac priùs ille quidem per ignis formam, & imaginem incorpoream Mosi ac cæteris Prophetis apparuit. Nunc autem imperii vestri temporibus, prout antea memoravimus, per virginem homo natus, juxta Patris voluntatem, propter salutem ei credentium, & pro nihilo haberi, & pati sustinuit, ut moriens atque resurgens mortem vinceret. Eo autem, quod Mosi è rubo est dictum: *Ego Jum Existens ille Deus Abraam, & Deus Isaac, & Deus Jacob, & Deus patrum tuorum*, significatum est, mortuos quoque illos superstites existere, & ipsius CHRISTI homines esse. Primi namque illi hominum omnium, DEO inquirendo operam navarunt: Abraam quidem pater Isaaci, Isaac autem pater Jacobi, sicuti Moses perscripsit.

LXXXIV. Quod item dæmones ejus, quæ dicitur *Puella*, simulacrum ad aquarum fontes excitari curarunt, filiam eam Jovis esse affirmantes, imitatos

1 Θεὸς ὑπάρχει.] Egregius pro Deitate Christi locus, quem inter alios respexisse videtur Anonymus Auctor libri contra Artemonis hæresin, ubi Justini scripta iis accensuit, ἐν οἷς θεολογεῖται ὁ Χριστὸς, *in quibus Christus Deus vocatur*, teste Euseb. lib. v. Hist. Eccl. c. 28.

2 τ λεγομένης, Κόρης] De hoc *Proserpinæ* nomine lege *Vossium* lib. II. de Theologia Gentili cap. 28.

imitatos eos fuiſſe Moſis dictum, ex his, quæ protulimus, intelligere poteſtis. Moſes enim, ſicut antea ſcripſimus, inquit: *In principio fecit Deus cœlum & terram. Terra autem erat non aſpectabilis & incondita; & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Ad imitationem ergo ejus, qui ſuper aquam ferri dictus eſt Spiritus Dei, Proſerpinam Jovis natam dixerunt. Eâdem improbitate & Minervam, filiam Jovis nominarunt, non ex concubitu genitam; ſed quoniam cognoverant Deum ſecum conſiderantem per Rationem condidiſſe mundum, veluti primam notionem Minervam ſtatuerunt. Quod quidem ridiculum maximè ducimus, imaginem nempe *internæ* notionis formâ muliebri exhiberi. Similiter & reliquos qui dicuntur, Jovis filios ipſæ actiones redarguunt.

μιμησαμένους τὸ Διὰ Μωσέως εἰρημένον, ὡς τῶ πνεύματι νοῆσαι δύνασθε. ἔφη γὰρ ὁ Μωσῆς, ὡς πεποιηκέναμεν· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἡ δὲ γῆ ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὑδάτων. εἰς μίμησιν οὖν τῶν λεχθέντων ὑπὸ φερομένου τῷ ὕδατι πνεύματος Θεοῦ, τὴν Κόρην θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν. καὶ τὴν Αθηνᾶν δὲ ὁμοίως πονηρεύόμενοι, θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν, οὐκ ἐκ μίξεως, ἀλλ' ἐπιδὴ συνοηθέντα τὸν Θεὸν Διὰ λόγου τὸν κόσμον ποιῆσαι ἔγνωσαν, ὡς τὴν πρώτην ἔννοιαν ἔφασαν τὴν Αθηνᾶν. ὅπερ γελοιότατον ἡγούμεθα εἶναι, τῆς ἐννοίας εἰκόνα παραφέρειν θηλειῶν μορφήν. καὶ ὁμοίως τοὺς ἄλλους λεγομένους υἱοὺς τοῦ Διὸς αἱ πράξεις ἐλέγχουσιν.

LXXXV. Nos autem poſtquam eum qui credidit & aſſenſum præbuit, ſic baptizavimus, ad fratres, qui dicuntur, adducimus, ubi illi congregati ſunt, communes preces, cùm

πέ. Ἡμεῖς δὲ μετὰ τὸ ἔτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον καὶ συγκατατεθέμενον, ὅπου λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν, ἔνθα συνηγμένοι εἰσὶ, [1] κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι ὑπέρ

[1] κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι — πάντων ἐντόνως.] *Communes preces* vocat, quia omnes unà cum Præſide congregationis ſimul eas, licet ſubmiſſâ aliquantum voce, pronunciabant, uti Juſtinus paulo poſt p. 113. lin. 19. ſemetipſum explicat his verbis: ἔπειτα συνευχόμεθα κοινῇ πάντες, περὶ εὐχὰς πέμποντες. Atque quales iſtæ preces fuerint, ex lib. VIII. Conſtit. Apoſtol. diſcere eſt, ubi in fine cap. 9. hæc adhortatio legitur: πάντες σωτόνως (perinde ut Juſtinus, ἐντόνως) τὸν Θεὸν Διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παρακαλέσωμεν. *Omnes obnixè Deum per Chriſtum ejus precemur.* Unde ſequitur cap. 10. *Pro pace & tranquillitate mundi atque ſanctarum Eccleſiarum oremus &c.* Præcipuè autem cum Juſtini

ὑπὲρ πεαυτῶν καὶ τοῦ φωτισθέντος, καὶ ἄλλων πανταχοῦ πάντων εὐτόνως, ὅπως καταξιωθῶμεν τὰ ἀληθῆ μαθόντες, καὶ δι' ἔργων ἀγαθοὶ πολιτευταί, καὶ φύλακες τῶν ἐντεταλμένων εὑρεθῆναι, ὅπως τὴν αἰώνιον σωτηρίαν σωθῶμεν. [1] ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν. ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ [2] ποτήριον ὕδατος καὶ κεράματος. καὶ ὅστις λαβὼν, αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἀναπέμπει· καὶ [3] εὐχαριστίαν ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶ-

pro ſeipſis, tum pro illuminato, & aliis ubique gentium omnibus animo intento fuſuri: ut digni ſimus, qui veritate agnitâ, per opera etiam boni rerum adminiſtratores, & mandatorum cuſtodes inveniamur, quò ſalute ſervemur ſempiternâ. Precibus finitis, mutuo nos invicem oſculo ſalutamus. Deinde ei qui fratribus præeſt, offertur panis & poculum aquæ atque vini: quibus ille acceptis, laudem & gloriam rerum univerſarum Patri, per nomen Filii & Spiritûs S. offert: & gratiarum actionem, pro eo, quòd nos donis ſuis hiſce

ni verbis congruunt iſta poſt medium dicti capitis: ὑπὲρ τῶν νεοφωτίστων ἀδελφῶν ἡμῶν δεηθῶμεν, ὅπως ὁ Κύριος συνέχῃ αὐτοὺς καὶ βεβαιώσῃ. -- ὑπὲρ ἀλλήλων δεηθῶμεν, ὅπως &c. ὑπὲρ πάσης ψυχῆς ζώσης δεηθῶμεν. *Pro recens baptizatis fratribus noſtris oremus, ut Dominus eos ſtabiliat & confirmet -- Pro nobis invicem oremus, ut &c. Pro omni animâ Chriſtiana oremus.* Denique: δεηθέντες ὁσοιοῦν ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τοῦ ζῶντι Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ αὐτῷ παρεχώμεθα. *Orantes intentè, noſmet ipſos mutuò viventi Deo per Chriſtum ejus commendemus.* De qua ultima phraſi vide ſuprà pag. 95. not. 1.

1 ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν.] Ita in conſtitutionibus Apoſtolicis continuò poſt precationem cap. 11. recitatam ſequitur: *Diaconus autem dicat omnibus: Salutate vos invicem oſculo ſancto.* (ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ.) *Et Clerici oſculentur Epiſcopum, Laici viri Laicos, fœminæ fœminas.*

2 ποτήριον ὕδατος καὶ κεράματος.] Primævos Chriſtianos ad exemplum Chriſti in S. Euchariſtiæ inſtitutione non merum vinum, ſed aquâ mixtum obtuliſſe, non ſolùm Juſtinus, ſed & alii antiquiſſimi Patres teſtantur, interque hos Irenæus, ad cujus lib. v. cap. 2. plura hac de re notata vide.

3 εὐχαριστίαν -- ἐπὶ πολὺ ποιεῖται.] De Servatore noſtro Sacramentum corporis ſuo inſtituente, ipſa S. Evangelia perhibent, quod *acceperit panem & poculum, εὐχαριστήσας, gratias agens*, Matth. XXVI. 26, 27. Marc. XIV. 23. Luc. XXII. 19. 1 Corinth. XI. 24. εὐλογήσας *benedicens* Marc. XIV. 22. S. Paulus quoque 1 Corinth. X. 16. memorat τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν. *Poculum benedictionis, quod benedicimus.* Et cap. XIV. verſ. 16. ſeqq. Ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ, ἐπειδὴ τί λέγεις, οὐκ οἶδε; Σὺ μὲν γὰρ καλῶς εὐχαριστεῖς, ἀλλ' ὁ ἕτερος οὐκ οἰκοδομεῖται. Id ipſum igitur, quod Chriſtus

hiſce dignatus ſit, prolixè exſequitur. Qui ubi preces &

Χριστὸς καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐν τῇ τῶν εὐχαριστιῶν ποιήσει μνημονεύσαντες τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων, ὅτι πολὺ

[1] εὐχὰς

Chriſtus ac Apoſtoli in celebratione tremendi myſterii fecere, & ſucceſſores eorum Epiſcopi Eccleſiarum debitè obſervarunt, uti Juſtinus in hac periodo Apoſtolicis verbis ratione Sacerdotis Euchariſtiam celebrantis, & populi reſpondentis, *Amen*, prorſus conſonâ, diſertè teſtatur. Et quidem ἐπὶ πολὺ, *prolixiori oratione* id factum dicit; quemadmodum de ipſis quoque S. Apoſtolis ait *Proclus* in Tractatu de Traditione divinæ Liturgiæ: Τλῶ δ' διανοητικῆ σώματος μυστικῶ ἱερουργίαν παραμύθιον ὑφηκότες, διεξοδικώτερα αὐτῶν ᾄδον. *Myſticum Dominici corporis ſacrificium conſolatione plenum deprehendentes, prolixo cantu illud celebrarunt.* (Noli mirari *cantum*: neque enim omnino ab Apoſtolico ritu alienum fuiſſe, vel ſola Pauli Epiſtola 1. ad Corinth. cap. 14. docet, alia ut taceam.) Similiter Joannes Chryſoſtomus Homil. 24. in 1 Epiſt. ad Corinthios, ubi in *poculum benedictionis* commentatur, Apoſtolum introducit ita loquentem: Οὐ μικρὸν τὸ εἰρημένον. εὐλογίαν δὲ ὅταν εἴπω, πάντα ἀναπτύσσω τὰ τῆς ἐνεργείας καὶ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ τῶν μελλόντων ὀνείναι ἀναμιμήσκω δωρεῶν. *Non parvum eſt quod dicitur. Nam quando benedictionem* (Sacramentalem) *dico, omnem beneficentiæ Dei theſaurum explico, & magna illa dona in memoriam revoco.* Atque huic, quem *Chryſoſtomus* Apoſtolicæ Eulogiæ, & *Juſtinus* primævorum Chriſtianorum Euchariſtiæ, tam hoc loco quàm ſuprà pag. 24. adſcribit, characteri optimè congruit iſta Euchariſtiæ formula, quæ in Conſtitutionibus Apoſtolicis lib. VIII. cap. 12. extat: ex qua Juſtinus & iſtam phraſin, ὅση δύναμις, petiiſſe videtur, de qua vide ſequenti pag. 131. not. 3. Poſtea refrigeſcente Chriſtianorum devotione, prolixior iſta doxologia aliquantùm contracta eſt, ita tamen ut duo præcipua Dei

beneficia, creationis nempe atque redemtionis per Chriſtum, unà cum memorialis hujus Sacramenti inſtitutione, ſemper fuerint deprædicata, ac gratiæ pro his Deo actæ, exemplo & juſſu ipſius Servatoris, qui in ultima cœna procul dubio Judæorum benedictiones eſt imitatus. Atqui horum ſolemnes in panis & vini participatione Deum benedicendi formulæ, ſequentes recitantur à Fagio in Comment. ad Deuteronom. VIII. *Benedictus ſis tu Domine Deus noſter, Rex mundi, qui creas fructum vitis*; item: *Benedictus ſis Domine Deus noſter, qui educis panem de terra.* Porro, *Gratias agimus tibi, Domine Deus noſter, eò quod hæreditare feciſti Patres noſtros terram deſiderabilem, bonam & ſpatioſam, & pro eo, quod eduxiſti nos Domine Deus noſter de terra Ægypti, & redemiſti nos de domo ſervitutis &c. Pro omnibus, inquam, Tibi gratias agimus &c.* Pari itaque modo Servator Deo Patri pro creatione & redemtione non ſolùm Judaicæ gentis, ſed & totius humani generis, per ſuam ipſius mortem, benedixit, juſſitque Apoſtolos ut *idem facerent in ſui commemorationem*, ac præcipuè *mortem ejus annunciarent*, juxta Luc. XXII. 19. & 1 Corinth. XI. 25. & ſeq. Hinc egregiè omnes antiquæ Liturgiæ, nec non Anglicana I. Edvardi VI. anno edita, & Scotica, poſt recitata verba Inſtitutionis, horum clauſulæ: *Hoc facite in meam commemorationem*, promptam quaſi obedientiam præſtituræ, mox ita fere ſubjungunt: *Memores itaque Domine, nos ſervi Tui, Jeſu Chriſti filii tui, tam paſſionis ejus &c.* Id unicum ſolùm addo, omnes omnium temporum Catholicos Eulogiam Sacramentalem concluſiſſe Seraphicis verbis: *Sanctus, Sanctus, &c.* Æquum enim videbatur, ut qui panem Angelorum comederent, eorum quoque hymnum concinerent.

1 εὐχὰς

[1]εὐχὰς ἢ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς [2]ἐπευφημεῖ λέγων, Ἀμήν. τὸ δὲ Ἀμὴν τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ, τὸ γένοιτο σημαίνει. εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι, διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστη-

Eucharistiam perfecit, populus qui adest omnis acclamat, dicens; *Amen*. Amen autem voce Hebraeâ, *Fiat* significat. Postquam verò Praesidens gratiarum actionem absolvit, & populus universus acclamavit, qui apud nos vocantur *diaconi* distribuunt unicuique praesentium, ut participet eum, in quo gratiæ actæ sunt, panem,

1 εὐχὰς] Praeter Eucharistiam, *preces* quoque à Sacerdote in tremendorum mysteriorum celebratione fusas dicit Justinus M. pro quibus, sive rebus, sive personis, non exprimit. Sed id iterum ex antiquissimis Liturgiis, & partim etiam aliunde colligere licet. In precatione constitutionibus Apostolicis dicto loco inserta, & omnibus in universum priscis Liturgiis Deus oratur, ut oblationem sacrorum symbolorum benignè acceptare, eamque demisso cœlitus Spiritu suo sanctificare dignetur. Atque hanc consecrandi panis & vini oblati formulam à S. Patribus frequentissimè memoratam, praecipuè respexit Basilius M. lib. de Spiritu S. cap. 27. ubi τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα, *verba invocationis* memorat (quomodo & ab Irenæo aliisque appellantur) hæcque inter traditiones Apostolicas non scriptas numerat. Imò verò ad hæc ipse Apostolus allusisse omnino mihi videtur, quando Rom. XV. 16. translatis ad sacrificium impropriè dictum verbis Liturgicis, scribit: Εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Nihil amplius de hâc consecrationis formula addo, quàm eandem in priori Anglicana & Scoticana Liturgia quoque praescriptam, esse. Cæterum uti Judæi religioni sibi duxe-

runt, in festivis epulis aliisque solemnibus precibus statum Hierosolymitanæ civitatis afflictæque Reipubl. Judaicæ & omnium ejus membrorum cum tribulatione quadam conflictantium Deo non commendare, aut Patriarcharum Patrumque suorum qui in fide obdormiverant, haud meminisse; ita Christiani in suis ad sacrum altare precibus eadem observarunt, uti liquidò patet ex omni priscorum Liturgia & formula l. 8. Constit. Apostol. cap. 12. sequ. quæ Apostolica omnino videtur, certe antiquissima est; quamque in antelaudata Anglicanæ Ecclesiâ Liturgiâ, illa quæ Hymnum, *Sanctus, sanctus*, excipit, oratio per omnia fere exprimit, & ista quæ hodienum ante præfationem hujus hymni funditur, magnâ ex parte sequitur. Tandem observandum, quod Orationem Dominicâ, quam Dominus Apostolos inter sacra mysteria orare docuit, uti Hieronymus lib. 3. contra Pelagianos perhibet, omnis vel *fere omnis Ecclesia* mysticas preces *concluserit*, uti Augustinus Epist. 59. scribit. Atque hanc præcipuè Justinus per τὴν τοῦ λόγου εὐχὴν sequenti pag. 129. lin. 4. indigitasse videtur.

2 ἐπευφημεῖ] *Perionius* ἐπευφημῶν vertit *benedicere*; ego potiùs *acclamare*. BILL. lib. 2. Observat. sacr. cap. 6. Atque ita nos unà cum *Langio* reddidimus.

nem, vinum & aquam, & ad abſentes perferunt.

LXXXVI. Atque hoc alimentum apud nos appellatur *Euchariſtia*; quod nulli alii participare licitum eſt, quàm veram eſſe doctrinam noſtram credenti, & lavacro propter remiſſionem peccatorum & regenerationem abluto, & ita ut CHRISTUS tradidit viventi. Non enim ut communem panem, neque communem potum, iſta ſumimus; ſed quemadmodum per Verbum

Θεὸν σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ σεσαρκωμένον, οὕτω καὶ τὴν διὰ εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι.

ἐντος ἄρτου ἢ οἴνου ἢ ὕδατος, καὶ τοῖς ἀπουσιν ἀποφέρουσι.

πς'. Καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία· ἧς οὐδενὶ ἄλλῳ μεταλαχεῖν ἐξὸν ἐστιν, ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ διδασκόμενα ὑφ' ἡμῶν, καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρὸν, καὶ ὕτως βιοῦντι ὡς ὁ Χριστὸς παρέδωκεν. ὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα, ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου

secum attulit, cum & ſub panis ſubſtantia vel accidentibus præſto eſſe. Sed alia ſubeſt ratio, quæ Juſtinum impulit, corporis ſanguinisque per incarnationem accepti, ubi de Sacramento panis & vini agit, meminiſſe, quam ipſe inſinuat in Dial. cum Tryphone Judæo pag. 296. ubi de pane Euchariſtico ait: ὃν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ ἡμέτερος Χριστὸς ποιεῖν εἰς ἀνάμνησιν ὅ τι σωματοποιούμενος διὰ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, δι' οὓς καὶ παθητὸς γέγονεν, quem Chriſtus noſter facere tradidit in commemorationem, quod corpus aſſumſerit propter credentes in ipſum, quorum causâ & paſſioni obnoxius factus eſt; & mox de poculo, ὃ εἰς ἀνάμνησιν ἅμα ποιεῖ εὐτῆς εὐχαριστῆσαι ποιεῖν, quod in memoriam ſanguinis ejus gratias agentes facere mandavit. Quâ de re & Euſebius lib. VIII. de Demonſtratione Evangelica ſcribit: Αὐτὸς τὰ σύμβολα τῆς εἰκονικῆς ἐκείνης τοῖς αὐτοῦ παραδίδωσι μαθηταῖς, τὴν εἰκόνα ἣ ἰδίου σώματος ποιεῖσθαι παρακελευόμενος. *Ipſe Divinæ œconomiæ ſymbola Diſcipulis ſuis tradidit, jubens eos proprii corporis imaginem facere.* Neque ὃν τρόπον cum ſua redditione ὕτως omnimodam æqualitatem importat, ut vel ex hac ipſa Apologia ſuprà pag. 8. lin. 5. ſeqq. patet.

1 τὸ οἶνον] Nota, S. Euchariſtiam ſub utraque ſpecie Laicis fidelibus diſtributam; quod adeo certum eſt, ut nec ipſi ſiccæ communionis patroni id inficias ire auſint.

2 τοῖς δὲ παροῦσιν ἀποφέρουσι·] Et ad ægrotos alioſve abſentes utramque ſacrorum ſymbolorum ſpeciem delatam inſinuat Juſtinus. Hinc Hieronymus Epiſt. 4. ſub finem: *Nihil illo ditius, qui corpus Domini caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro.*

3 οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον,] Ita & Irenæus lib. IV. cap. 34. Οὐκέτι γῆς ἄρτος, προσλαμβανόμενος τὴν ἔκκλησιν τοῦ Θεοῦ, οὐκέτι κοινὸς ἄρτος ἐστὶν, ἀλλ' εὐχαριστία, ἐκ δύο πραγμάτων συνεστηκυῖα, ἐπιγείου τε καὶ οὐρανίου. *Qui eſt à terra panis percipiens invocationem Dei, jam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans, terrenâ & cœleſti.*

4 ὃν τρόπον διὰ λόγου σαρκοποιηθεὶς &c.] Qui ſubſtantialem perſonalisque corporis & ſanguinis Chriſti præſentiam in S. Euchariſtia credunt, hanc à B. Martyre hâc periodo planiſſimè aſſeri contendunt. Et quidem in hoc colo mentionem incarnationis ideo ab eo factam volunt, ut doceret, eandem numero carnis ſanguiniſque ſubſtantiam, quam ex utero B. Virginis

Θεὸ σαρκοποιηθεὶς Ιησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, ὅτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, [1] ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος [2] Ιησοῦ

Dei caro factus JESUS CHRISTUS Servator noſter, & carnem & ſanguinem ſalutis noſtræ causâ habuit; ita quoque eam, in quâ per orationem Verbi ab ipſo profecti gratiæ ſunt actæ, alimoniam, ex quâ ſanguis & carnes noſtræ per mutationem aluntur, incarnati illius JESU

&

1 ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες καὶ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν,] *Bellarminus* & qui ejuſdem cum eo ſunt ſententiæ, volunt hæc verba referri ad ſpeciem communem alimenti præcedentis, ex quo Euchariſtia conficitur, non verò ad Euchariſtiam jam factam. Sed huic expoſitioni tam ipſa verborum Juſtini conſtructio, quàm coævorum Patrum dicta reclamant, præcipuè Irenæi; qui lib. IV. cap. 34. & lib. V. c. 2. iterum iterumque diſertè de carne & ſanguine fidelium ait, ea *carne & ſanguine Domini ali atque nutriri.* Quam in rem etiam adhibet verba Apoſtoli, Epheſ. V. 30. ubi S. Paulus ait, nos eſſe σὺν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ. Vide ibi notata, atque diſcuſſas *Feuardentii* & aliorum violentas expoſitiones, quibus Irenæi verba detorſerunt, quod tranſubſtantiationis dogmati ea adverſari viderent. Dices, id tamen ex Juſtini verbis colligi, eum ſacra elementa non pro nudis ſignis aut ſymbolis corporis & ſanguinis Domini habuiſſe, quibus mediantibus ſola anima per fidem iis veſcatur; ſed dum corporalem eorum manducationem aſſerit, ſtatuiſſe, quod ipſa ſacra ſymbola ſint caro & ſanguis Domini. Atque id quidem Juſtinus continuò ſequentibus verbis aſſerit, in quæ breviter commentabor.

2 Ιησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι.] Veriſſimè Reverendus admodum Epiſcopus Salisburienſis in Expoſitione Artic. 28. Eccleſiæ Anglicanæ p. 334. ſcribit; *Non eſt negandum, antiquiſſimis temporibus Juſtinum atque Irenæum talem Sacramentalium elementorum ſanctificationem credidiſſe, quâ virtus aliqua divina iis ineſſet.* Id quod & de pluribus Patribus paſſim fatetur Albertinus lib. 2. de Euchariſtiæ Sacramento. Imo verò cuncti ſtatuerunt, omnem Divinam gratiam, Spiritum & virtutem, quæ in corpore & ſanguine Domini habitat, in panem & vinum cœlitus, mediante Sacerdotali conſecratione, demitti, indeque ea corpus & ſanguinem Chriſti dici atque eſſe; quomodo S. Joannes dictus eſt & fuit *Elias*, ὁ πνεύματι καὶ δυνάμει, *in Spiritu & virtute* Luc. I. 17. (quo ſimili Wicleſus rem in Theſibus ſuis illuſtravit) aut quomodo Apoſtolus 1 Corinth. XII. 27. ſcribit: *Vos eſtis corpus Chriſti*; & cap. VI. verſ. 15. *An neſcitis, quod corpora veſtra ſint membra Chriſti?* quòd ſcilicet Spiritus Chriſti in corporibus eorum reſideret. Eâdem igitur ratione panem & vinum Juſtinus carnem & ſanguinem Domini eſſe credidit, indeque iis *carnem noſtram* ali dixit, quod ſacra elementa in ſubſtantiam noſtram utique tranſeant. Equidem fuere quidam ex Patribus, qui ulteriùs adhuc proceſſerunt, nec tamen uſque ad ſubſtantialem corporis perſonalis, aut totius perſonæ Chriſti in Sacramento præſentiam aſſerendam; ſed de hac ſententia nihil dico, quod non univerſaliter recepta fuerit, nec Juſtini M. eam fuiſſe pateat: ad cujus ſenſum explanandum hæc dicta ſufficiunt.

& carnem & ſanguinem eſſe edocti ſumus. Nam Apoſtoli in Commentariis à ſe ſcriptis, quæ *Evangelia* vocantur, ita tradiderunt præcepiſſe ſibi JESUM, ac pane accepto, cùm gratias egiſſet, dixiſſe: *Hoc facite in mei recordationem. Hoc eſt corpus meum*; & poculo ſimiliter accepto, gratiis actis dixiſſe: *Hoc eſt ſanguis meus*: ac ſolis ipſis ea tradidiſſe. Quod quidem etiam in myſteriis Mithræ fieri per imitationem docuerunt pravi dæmones. Quòd namque panis & poculum aquæ in ſacrificiis ejus qui initiatur, ponatur, verbis quibuſdam additis, aut certè ſcitis, aut cognoſcere poteſtis. Nos autem poſt hæc deinceps nobis invicem iſta in memoriam revo-

κὴ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. οἱ γὰρ [1] ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν, ἃ καλεῖται εὐαγγέλια, ἅτινα παρέδωκαν ἐντεταλθαι αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν, * λαβόντα ἄρτον, εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησιν μου τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου· καὶ μόνοις αὐτοῖς μεταδοῦναι. ὅπερ καὶ [2] ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις παρέδωκαν γίνεσθαι μιμησάμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες. ὅτι γὰρ ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος τίθεται ἐν τοῖς τοῦ μυουμένου τελεταῖς μετ' ὀλίγων τινῶν, ἢ ἐπίστασθε, ἢ μαθεῖν δύνασθε. ἡμεῖς δὲ μετὰ ταῦτα λοιπὸν ἀεὶ τούτων ἀλλήλους ἀναμιμνήσκομεν.

* Matth. xxvi. 26. Marc xiv. 22. Luc. xxii. 19. ſeq.

1 ἀπόστολοι ἐν τοῖς — ἀπομνημονεύμασιν, ἃ καλεῖται εὐαγγέλια,] Ἀπομνημονεύματα ſunt dicta ſapientum, quæ memoriâ repetuntur. Sic Euſebius lib. 5. Hiſt. Eccl. cap. 8. de Irenæo ait: ἧς ἀπομνημονεύματων Ἀποστολικῆς τινος περιουσίας — μνημονεύει. *Dictorum Apoſtolici cujuſdam Presbyteri — meminit.* Hinc Xenophon ſcripſiſſe dicitur libros τῶν σωκράτους ἀπομνημονευμάτων, id eſt, *dictorum Socratis, quæ memoriâ recolebat.* Aptè igitur hæc vox quadrat ad libros S. *Evangeliorum*, uti jam Juſtini ævô vulgò appellabantur, in quibus Servatoris noſtri dicta factaque conſignata leguntur, prout S. Apoſtoli eadem memoriâ repetebant: quâ voce etiam ante Juſtinum ita uſus eſt Papias apud Euſeb. lib. 3. cap. 39. ubi à Marco Evangeliſtâ ea quæ ab Apoſtolo Petro acceperat, fideliter memoriæ prodita eſſe teſtatur, perinde ut Lucas Pauli quaſi amanuenſis in ſcribendo Evangelio fuit. (Vide Tom. I. Spicileg. Patrum Seculi II. pag. 6. ſeq.) Atque hæc ratio fuiſſe videtur, ut Juſtinus hîc ipſis Apoſtolis adſcripſerit, quod à Marco & Luca, unàcum Matthæo, in S. Evangeliis memoratum eſt.

2 ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις] De his confer Dialogum S. Martyris cum Tryphone pag. 296. *Halloixium* in Vita Juſtini pag. 206. ſeqq. *Voſſium* lib. 9. de Idololatria gentili cap. 9. & Notas noſtras ad Tom. I. Spicileg. Patrum Seculi II. pag. 240. ſeq.

σκομεν. καὶ οἱ ἔχοντες τοῖς λείπομένοις πᾶσιν ἐπικουρέομεν, καὶ συνεσμεν ἀλλήλοις ἀεί.

πζ'. [1] Ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα, εὐλογοῦμεν τὸν ποιητὴν τῶν πάντων διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ πνεύματος τοῦ ἁγίου· καὶ τὴν τοῦ ἡλίου λεγομένην ἡμέραν πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται, μέχρις ἐγχωρεῖ. εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ [2] πρόκλησιν τῶν τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν· καὶ, ὡς προέφημεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται, καὶ οἶνος, καὶ ὕδωρ· καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ [3] εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ, ἀναπέμπει·

camus. Et qui habemus *opes*, indigentes omnes adjuvamus; atque assiduè alii cum aliis sumus.

LXXXVII. Atque in omnibus oblationibus, benedicendo laudamus factorem omnium, per Filium ejus JESUM CHRISTUM, & Spiritum sanctum: & Solis, qui dicitur, die, omnium qui vel in urbibus aut agris degunt, in eundem locum conventus fit: & Commentaria Apostolorum aut scripta Prophetarum, quoad tempus fert, leguntur. Deinde lectore quiescente, præsidens orationem quâ populum instruit, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet. Sub hæc consurgimus communiter omnes, & precationes profundimus: &, sicuti retulimus, precibus absolutis, panis offertur, & vinum, & aqua; & Præpositus itidem pro virili suâ preces & gratiarum actiones sursum mittit: &

1 Ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα,] Ritum *primæ* post Baptismum *communionis*, uti Hieronymus alicubi vocat, hactenus descripserat; jam verò breviter ostendere pergit, eundem omnis sacrificii Eucharistici ordinem fuisse. Unde de omnibus quæ sequuntur, præcedentes notæ sunt consulendæ. De una tamen atque altera voce vel phrasi quædam adhuc erunt annotanda.

2 προκλησιν] Παρακλησιν legendum esse, nemini dubium esse potest. Similem præpositionum περὶ & παρὰ ab imperitis Scribis factam permutationem jam suprà pag. 42. not. 5. animadverti.

3 εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ, ἀναπέμπει] Hic locus ab inimicis Ecclesiastici ordinis contra statas precum formulas ad nauseam usque objectus est, quibus viri docti multa regessere runt, à me hoc loco non repetenda. Id tantùm addo, Justinum tam hîc quàm superiùs pag. 23. lin. 15. ubi eâdem phrasi utitur, videri mihi respexisse

& populus fauſtè acclamat, dicens: *Amen.* Et diſtributio atque communicatio conſecratorum fit, unicuique præſenti: & abſentibus per Diaconos mittitur.

LXXXVIII. Cæterùm qui locupletiores ſunt & volunt, pro ſuo quiſque arbitrio, quod vult, contribuit; & quod colligitur, apud Præpoſitum deponitur: atque ille *inde* opitulatur pupillis viduiſque, ac his, qui propter morbum aut aliquam aliam cauſam egent, quique in vinculis ſunt, & peregre advenientibus hoſpitibus: & universè indigentium is omnium curator eſt.

LXXXIX. Solis autem die communiter omnes conventum agimus: quandoquidem is primus dies eſt, quo Deus tenebras & materiam immutans, mundum condidit; & JESUS CHRISTUS Servator noſter eo ipſo die à mortuis reſurrexit. Pridie enim Saturni

καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ, λέγων τὸ Ἀμήν. καὶ ἡ μέθεξις καὶ ἡ μετάληψις ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς διὰ παρόντων τῶν διακόνων πέμπεται.

πη'. Οἱ εὐπορῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τοῦ ἰδίου, ὃ βούλεται, δίδωσι· καὶ τὰ συλλεγόμενα παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται.

πθ'. Τῇ τοῦ ἡλίου ἡμέρᾳ κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα· ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην [1] τρέψας, κόσμον ἐποίησε· καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη. [2] τῇ γὰρ πρὸ τῆς κρονικῆς ἑσπέρας

respexiſſe iſta, quæ in Euchariſtica formula lib. VIII. Conſtit. Apoſtol. cap. 12. πρόσκλησις perorat, verba: εὐχαριστοῦμέν σοι διὰ παντοκράτορα, ἐκ' ὧν ἀφείλου ἡμᾶς, ἀλλ' ὅσον ἐχωρήσαμεν. *Gratias agimus tibi Deus omnipotens, non quantum debemus, ſed quantum poſſumus.* Quæ ſane non ſingulare, quo hæc vel illa perſona pollet, orandi donum, ſed in genere hominum facultatem gratias Deo agendi ſpectant.

1 τρέψας,] Στρέψαντα ſuprà pag. 112. lin. 15. dixit Juſtinus. Sed utrumque rectè dicitur, nec ullâ utrobique mutatione opus videtur.

2 τῇ γὰρ πρὸ τῆς Κρονικῆς] Cur diem Veneris, inquies, non uſurpavit, verùm uſus circumlocutione, appellavit *diem quæ eſt pridie Saturni*, cùm unum ſit æquè gentile nomen, quàm alterum? Reſpondeo S. Juſtinum, ut Chriſtianæ caſtimoniæ eximium amatorem ac propugnatorem adeo abhorruiſſe à Venere, ut ne ipſum quidem nomen, niſi ſi neceſſariò in falſorum Deorum refutatione uſurpandum foret, in os admitteret, in aures etiam difficillimè. Hinc pro die *Veneris* dixit

ἐσταύρωσαν αὐτόν· καὶ τῇ μιᾷ τοῦ κρονικοῦ, ἥτις ἐστὶν ἡλίου ἡμέρα, φανεὶς τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ μαθηταῖς, ἐδίδαξε ταῦτα, ἅπερ εἰς ὑπόμνησιν καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν.

ζ'. Καὶ εἰ μὲν δοκεῖ ὑμῖν λόγου καὶ ἀληθείας ἔχεσθαι, τιμήσατε αὐτά· εἰ δὲ λῆρος ὑμῖν δοκεῖ, ὡς ληρωδῶν πραγμάτων καταφρονήσατε, καὶ μὴ ὡς κατ' ἐχθρῶν, κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων θάνατον ὁρίζεσθε. προλέγομεν γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἐκφεύξεσθε τὸ ἐσόμενον τοῦ Θεοῦ κρίσιν, ἐὰν ὑπομένητε τὴν ἀδικίαν, καὶ ἡμεῖς ἐπιβοήσομεν· [1] ὃ φίλον τῷ Θεῷ, τοῦτο γενέσθω. Ὃ ἐξ [2] ἀποστολῆς δὲ τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου Καίσαρος Ἀδριανοῦ, τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ἔχοντες ἀπαιτεῖν ὑμᾶς, καθὰ ἠξιώσαμεν, κελεύσαι τὰς

in crucem actus est: & postridie ejusdem, qui scilicet Solis est dies, Apostolis & discipulis suis apparuit, atque ea docuit, quæ Vobis quoque consideranda proposuimus.

XC. Ac siquidem vobis rationi & veritati consentanea esse videntur, in precio ea habete: sin vobis videntur nugæ, velut nugas contemnite: neque *tamen* contra eos, qui nihil iniqui admittunt, perinde ac adversus hostes, supplicium capitis statuite. Vobis enim prædicimus, minimè evasuros vos esse futurum Dei judicium, si in hac iniquitate perduraveritis; & nos acclamabimus: *Quod Deo placitum est, id ipsum fiat.* Ac nos quidem cùm ex epistolâ maximi & illustrissimi Cæsaris Adriani, parentis vestri, flagitare à vobis possemus, ut judicia, quemadmodum rogavimus, fieri juberetis:

dixit, pridie *Saturni*. Adde hoc primis Patribus & Christianis observatum, ut in dierum designatione isto vocabulo abstinerent. Abstinuit B. Ignatius M. in suis epistolis: pro quo elegit uti vocabulo *Parasceves*, ut liquet ex epistola ejus ad Trallianos. Abstinuit & S. Irenæus, qui circumlocutione uti malens, pro eodem infausti nominis die, *pridie ante sabbatum*, usurpavit. Nam lib. 5. adversus hæreses cap. 23. *Dominus*, inquit, *venit ad passionem pridie ante sabbatum*, *quæ est sexta conditionis dies, in qua homo plasmatus est.* Eâdem in his vocibus religione usi sunt cæteri Patres, qui profanis abstinentes nominibus dies hebdomadæ vocarunt primam, secundam, tertiam, quartam, quintam, sextam Sabbati, aut Parasceven, Sabbatum, Dominicam, &c. HALLOIX in Vita Justini pag. 213.

1 ὃ φίλον τῷ Θεῷ, τοῦτο γένοιτο.] *R. Steph.* ad calcem suæ editionis aliam notat lectionem, nescio unde desumptam: ὡς τῷ Θεῷ φίλον, ζώτη γένοιτο.

2 ἀποστολῆς] Ἐπιστολῆς, sicuti paulo post, legendum notant *Perion.* & *Sylburg.* Sed quid si ἀποστολὴ epistolam denotet? perinde ut ἀπόστολος apud Jurisconsultos hanc habet significationem, quorum loca *Moynius* notavit ad Epistolam Barnabæ pag. 7.

1 Ἀδρια-

retis: non magis tamen ob id quod hoc ab Adriano decretum sit, rogavimus, sed quod justa nos poscere sciamus, hanc orationem atque commentationem composuimus. Epistolæ autem Adriani exemplum subjunximus, ut in eo quoque verum nos dicere intelligatis. Atque exemplum istud ita habet:

κείσθαι γνώσθαι, οὐκ ἐκ τοῦ κελεῦσαι τοῦτο τὸν Ἀδριανὸν μᾶλλον ἠξιώσαμεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ δίκαια αἰτεῖν, τὰ πρεσβεύοντες καὶ ἐξηγησιν ποιήσασθαι. ὑποτάξαμεν δὲ καὶ τὸ ἀντίγραφον τῆς Ἀδριανοῦ ἐπιστολῆς, ἵνα καὶ κατὰ τοῦτο ἀληθεύειν ἡμᾶς γνωρίζητε. καὶ ἔστι τὸ ἀντίγραφον τοῦτο·

Adriani pro Christianis Rescriptum.

Ἀδριανοῦ ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπιστολή.

MInucio Fundano. Literas à Serenio Graniano, viro clarissimo, cui tu successisti, ad me datas accepi. Non videtur itaque mihi hæc res, quin de eâ disquiratur, prætermittenda esse, ne homines turbentur, neve calumniatoribus ansa perperam agendi præbeatur. Quod si igitur provinciales ad hanc petitionem contra Christianos clarâ probatione certiores fieri possint, ita ut & ipsi (*Christiani*) pro tribunali respondeant; ad hoc unum, non ad petitiones, ne-

Μινυκίῳ Φουνδανῷ. Ἐπιστολὴν ἐδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ Σερηνίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἀνδρός, ὃν τινα σὺ διεδέξω. ὃ δοκεῖ ἔν μοι τὸ πρᾶγμα αἰτήτεον καταλιπεῖν, ἵνα μήτε οἱ ἄνθρωποι ταράττωνται, καὶ τοῖς συκοφάνταις χορηγία κακουργίας ᾖ δεκτή. ἂν ἔν σαφῶς εἰς ταύτην τὴν αἴτησιν οἱ ἐπαρχῶται δύνωνται διϊσχυρίζεσθαι κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὡς καὶ πρὸ βήματος ἀποκρίνεσθαι, ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶσιν, ἀλλ'

1 *Ἀδριανοῦ — ἐπιστολή.*] Hanc Eusebius lib. IV. Hist. Eccles. cap. 8. testatur Latinô sermone à Justino Apologiæ suæ subnexam fuisse: *nos vero*, addit, *prout potuimus, Græcè interpretati sumus.* Unde cap. 9. Græcam hanc versionem subjungit.

2 *Σερηνίου*] In Euseb. legitur *Σερενίου* Frustra autem *Sylburg.* ex fastis *Onuphrii Panvinii* legendum conjicit *Λικινίου*. Meliora notavit *Kortholt.* ad calcem hujus libri.

3 *ἐπαρχῶται διώνωνται*] Apud Euseb. *ἐπαρχιῶται διώνωνται.*

1 οὐκ

ἀλλ' [1] σὺν ἀξιώσεσιν, ἢ δὲ μόναις βοαῖς. πολλῷ γὰ μᾶλλον πρεσῆκεν, εἴ τις κατηγορεῖν βέλοιτο, τοῦτό σε μαγινώσκειν. εἴ τις ἂν κατηγορεῖ, καὶ δείκνυσί τι ὧν σὺ νόμως πράττοντας, ὅτως [2] διόριζε κατὰ τὸ δυνάμιν τὸ ἁμαρτήματος· ὡς μὰ τὸ Ηρακλέα, εἴ τις συκοφαντίας χάριν τοῦτο προτείνοι, μαλάμβανε ὑπὲρ τὸ δεινότητος, καὶ φρόντιζε ὅπως ἂν ἐκδικήσῃς.

que ad ſolas vociferationes attendant. Multo magis enim convenit, ſi quis accuſare velit, de eo te cognoſcere. Itaque ſi quis eos detulerit, atque probaverit contra leges quidquam commiſiſſe, ita demum pro delicti gravitate decerne: ſicut, mehercule, (*ex altera parte*) ſi quis calumniæ ſtudio iſtud intenderit, de verſutia iſta Te judicare volo, ac curare, ut ſcelus ulciſcaris.

[3] Αντωνίνε ἐπιστολὴ πρὸς τὸ κοινὸν τ Ασίας.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τίτος, Αἴλιος, Αδριανὸς, Αντωνῖνος, σεβαστὸς, εὐσεβὴς, ἀρχιε-

Antonini Epiſtola ad commune Aſiæ.

IMperator Cæſar Titus Ælius Adrianus Antoninus Auguſtus Pius, Pontifex Maximus,

1 σὺν ἀξιώσεσιν, ἢ δὲ μόναις βοαῖς.] Intelligit acclamationes illas, quæ à populo fieri ſolebant in Theatris: *Chriſtianos ad Leonem*, ut teſtatur Tertullianus. Interdumque eveniebat, ut proconſules & præſides tumultuoſis hujuſmodi acclamationibus, licet inviti, cedere cogerentur. Quare meritò Imperator Hadrianus monet Fundanum Proconſulem, ne hujuſmodi poſtulationibus ad perſecutionem ac cædes Chriſtianorum ſeſe adduci patiatur. Porro vetus hæc fuit conſuetudo in imperio Romano, ut plebs tum in urbe, tum in provinciis, quoties ad publica ſpectacula convenerat, quicquid libitum erat, vel à præſide, vel ab Imperatore junctis vocibus poſtularet. Cujus rei ſexcenta occurrunt exemplа apud Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptores. VALES. ad Euſeb. lib. IV. cap. 9.

2 διόριζε] In Euſeb. legitur abſque præpoſitione, ὅριζε.

3 Αντωνίνε] *Valeſius* ad Euſebii lib. IV. cap. 13. eumque ſecutus *Kortholt.* in calce hujus libelli pag. 51. hanc Epiſtolam Antonino Pio abjudicant, & M. Aurelio Antonino Philoſopho tribuunt, inducti tam inſcriptione hujus Epiſtolæ apud Euſebium, quàm ſilentiô Melitonis, qui, cùm in Apologia ad M. Aurelium Verum, alia Antonini Pii pro Chriſtianis reſcripta ad civitates Græciæ memoret, hujus πρὸς τὸ κοινὸν τ Ασίας ne verbo quidem meminit; id omnino non omiſſurus, cùm Epiſcopus Aſiæ fuerit, ſi iſtud jam antè extitiſſet. Sed quantum ad prius attinet, perſuadere mihi

mus, Tribun. poteſt. (xv.) Conſ. (III.) Pater patriæ Communi Aſiæ ſalutem. Equidem putarim diis quoque ipſis curæ eſſe, ne hujuſmodi homines lateant. Multò enim magis ipſi, ſiquidem poſſint, puniverint eos, qui adorare ipſos nolunt; contra quos tumultum Vos concitatis, & ſententiam eorum velut Atheorum

ρεὺς μέγιστος, [1] δημαρχικῆς ἐξουσίας ὕπατος τὸ πδ'. πατὴρ πατρίδος τὸ κα'. [2] τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας χαίρειν. ἐγὼ ὤμην [3] ὅτι καὶ τοὺς θεοὺς ἀτιμελεῖς ἔσεσθαι μὴ λανθάνειν τοὺς τοιούτους. πολὺ γὰρ μᾶλλον εἰκότως κολάσουσιν, ὅσπερ δυώσωντο, τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοῖς προσκυνεῖν, οἷς πρέπει ὑμεῖς ἐμβάλλετε, καὶ τῶν γνώμων αὐτῶν ἥπτερ ἔχουσιν, ὡς ἀθέων

mihi nequeo, Euſebium adeo ſtupidum fuiſſe, ut Antonino Pio diſertè adſcriberet reſcriptum Marci Aurelii, cujus id eſſe ipſa ab eo deſcripta inſcriptio indicaret. Conjicio itaque, Codicem Euſebii à librario quopiam rerum perito correctum eſſe, appoſito ad marginem vel textui inſerto veri auctoris titulo, Marci ſcilicet Aurelii, à quo, non autem à patre Antonino Pio, iſtud prodiiſſe, poſterius argumentum omnino probare videtur. Cæterùm & in ipſo hujus epiſtolæ textu tanta inter Euſebii exemplar & hoc Juſtini Apologiæ ſubnexum occurrit diſcrepantia, ut meritò conſultius duxerit *Sylburgius*, illud integrum Annotationibus ſuis inſerere, quàm tot variantes lectiones recenſere. Verùm cum Euſebii hiſtoria in omnium eruditorum ſit manibus, iſtud hîc deſcribere nolui.

1 δημαρχικῆς ἐξουσίας ὕπατος πδ'.] Ut huic loco medelam afferret *Sylburgius*, poſt vocem ἐξουσίας inſeruit ex Euſebio numerum ις'. & pro πδ'. poſuit τὸ δ'. ſupponens ſcilicet ab Antonino Pio Reſcriptum iſtud prodiiſſe. Aſt ſi Marci Aurelii ſit, uti eſſe videtur, in locum πδ'. ſubſtituendus itidem ex Euſebio numerus γ. Ex quo quidem *Valeſius* in h. l. commentatus collegit, anno I. Marci Imp. reſcriptum iſtud datum eſſe. Sed perſtringitur idcirco à doctiſſimo *Pearſonio* Part. 2. Vindic. Epiſt. Ignatii pag. 404. col. 2. recentiſſimæ editionis Clerici: *Licet enim*, inquit, *eo anno tertiùm Conſul eſſet, is tamen* XV. *Tribuniciæ poteſtatis eſſe non potuit. At tertiùm Conſul dicebatur non tantùm eo anno, quo Conſulatum geſſit, ſed omnibus ſequentibus, niſi alium Conſulatum iniret. Marcus autem poſtea Conſul non fuit, ideoque per omnes Imperii annos tertiùm Conſul dictus eſt, ut in inſcriptione Gruteriana*: IMP. CÆS. M. AUREL. ANTONINUS AUG. GERM. TR. P. XVII. COS. III. Ad decimum quintum igitur M. Aurelii annum laudatus Vir controverſam iſtam epiſtolam retulit.

2 τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας] Ita Cicero *Commune Milyadum*, & *Commune totius Siciliæ* in Verrinis dixit. Porro cum κοινὸν ἀσίας dicitur, ſubaudiendum eſt συνέδριον. Habebant enim Aſiani commune concilium totius gentis, quò ſingulæ civitates legatos ſeu Synedros mittebant, ut docet Ariſtides in 4. orat. ſacrarum &c. VALES. ad Euſeb. lib. IV. cap. 13. quem & de aliis quibuſdam hujus epiſtolæ commatis lege.

3 ὅτι] Hanc vocem redundare notat *Perionius*.

1 ὅτι]

ἀθέων [1] κατηγορεῖτε, καὶ ἔπειτά τινα ἐμβάλλετε, ἄτινα ὁ δυνάμενος ὑποδεῖξαι. εἰ δ' ἂν ἐκείνοις χρήσιμον, τὸ δοκεῖν ὑπὲρ τῶν κατηγορουμένων πυθέσθαι· καὶ νικῶσιν ὑμᾶς προϊέμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, [2] ἕπερ προθύμως εἰς ἀρχὴν πράσσουσιν αὐτούς. περὶ δὲ τῶν σεισμῶν τῶν γεγονότων, καὶ τῶν γινομένων, οὐκ εἰκὸς ὑπομνῆσαι ὑμᾶς ἀδυμωροῦντας, ὅταν περ ὦσι, [3] προβάλλοντες τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων, ὅτι εὐπαρρησιαστότεροι ὑμῶν γίνονται πρὸς τὸν θεόν. καὶ ὑμεῖς μὲν ἀγνοεῖν δοκεῖτε παρ' ἐκείνου τὸν χρόνον σὺ θεὸς, καὶ τῶν ἱερῶν ἀμελεῖτε· θρησκείαν δὲ τὴν περὶ τὸν θεὸν οὐκ ὀπίζεσθε. ὅθεν καὶ σὺν θρησκεύοντες ἐζηλώκατε, καὶ διώκετε ἕως θανάτου. ὑπὲρ τῶν πίστεων καὶ ἄλλοι τινὲς τὴν περὶ τὰς ἐπαρχίας ἡγεμόνων, τῷ θεοπάτῳ μου πατρὶ ἔγραψαν· οἷς καὶ ἀντέγραψε μηδὲν ὀχλεῖν τοῖς τοιούτοις, εἰ μὴ φαίνοιντό τι νεωτερίζοντες κατὰ τὴν Ῥωμαίων

accusatis, & alia quædam objicitis crimina, quæ probari nequeunt. Et in illorum quidem commodum cedit, si ob id de quo accusantur, mortem videantur oppetere: & vincunt illi vos, suas ipsorum animas potiùs projicientes, quàm ut obsequentes, quæ postulatis, faciant. De terræ motibus autem, qui vel antè fuere, vel adhuc fiunt, non æquum est vos mentionem facere, dum animos, cùm fiunt, despondetis, ac vestra *infortunia* illis imputatis: quippe longe illi sunt, quàm vos, erga Deum fidentiores. Ac vos quidem per id tempus deos ignorare videmini, & sacra negligitis: cultum verò Dei haud nostis. Quocirca & illum colentibus æmulatione invidetis, atque ad mortem usque eos persequimini. De rebus ejuscemodi & alii quidam provinciarum rectores divinissimo patri meo scripserunt. Quibus ille rescripsit, nihil molestiæ facessendum esse talibus viris, nisi quid adversus Imperium Romanum

1 κατηγορεῖν,] Frustra *Perionius* animadvertit in Rufinum atque Eutropium, quasi hoc verbum reddiderint, *confirmare*. Neque enim ita se res habet; sed *confirmandi* verbum respondet Græco βεβαιῶσαι, quod apud *Eusebium* in hac epistola legitur.

2 ἕπερ] "Ἅπερ legendum esse bene monuit *Perionius*, quomodo & *Sylburgii*, eamque secutæ editiones habent.

3 προβάλλοντες τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων,] *Perionius* rectè monet, προσβάλλοντες in accusandi casu legendum esse, genuinum autem hujus loci sensum haud est assecutus; uti neque *Langus*, multo minùs *Gelenius*, qui miserè integram hanc periodum, ut plura alia, transtulit. Nostram versionem probatum iri ab iis qui textum consideraverint, nullus dubito.

manum moliti esse deprehenderentur. Quin & ad me multi de eis literas dederunt: quibus ex patris mei, quam imitor, sententiâ respondi. Si quis verò actionem adversus quempiam talium habens, deferat illum dumtaxat ut hujuscemodi hominem; delatus quidem à crimine absolvatur, etiamsi talis esse appareat: ipse autem delator judicio pœnas pendat.

ἐγχειρῶντες. καὶ ἐμοὶ δὲ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν· οἷς δὲ καὶ ἀντέγραψα, τῇ τοῦ πατρός μου κατακολουθῶν γνώμῃ. εἰ δέ τις ἔχει πρός τινα τῶν τοιούτων πρᾶγμα καταφέρειν ὡς τοιοῦτον, ἐκεῖνο ὁ καταφερόμενος ἀπολελύσθω τῷ ἐγκλήματος, κἂν φαίνηται τοιοῦτος ὢν· ἐκεῖνος δὲ ὁ καταφέρων ἔνοχος ἔστω τῇ δίκῃ.

Marci Imperatoris Epistola ad Senatum: quâ testatur, Christianos victoriæ eorum (Romanorum contra barbaros) *causam fuisse.*

Μάρκου βασιλέως ἐπιστολὴ πρὸς τὴν σύγκλητον, ἐν ᾗ μαρτυρεῖ, Χριστιανοὺς αἰτίους γεγενῆσθαι τῆς νίκης αὐτῶν.

IMperator Cæsar M. Aurelius Antoninus, Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, populo Romano & sacro Senatui salutem. De magnitudine propositi mei certiores vos feci, quales ad confinia Germaniæ ex discrimine inter circumfusa *hostium* ca-

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Αντωνῖνος, Γερμανικὸς, Παρθικὸς, Σαρματικὸς, δήμῳ Ρωμαίων καὶ τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ χαίρειν. Φανερὰ ὑμῖν ἐποίησα τὸ ἐμὸν σκοπὸν μεγέθη, ὁποῖα ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐκ παρεισάκτου ἐπα-

1 τῇ δὲ πατρὸς μου κατακολουθῶν γνώμῃ.] Ita quoque Melito in Apologia ad M. Aurelium, apud Euseb. lib. IV. cap. 26. pag. 148. ubi Adriani & Antonini Pii erga Christianos favorem commoraverat, subjungit: Σὺ δὲ καὶ μᾶλλον ἐκεῖ τούτων πλεῖόν σε ἐγνωκὼς χαίρεις &c. Adeo ut Melitonem citata Imperatoris verba respexisse dicerem, si vera esset Valesii sententia, quod Rescriptum istud 1. anno Marci datum fuerit. Sed hac de re animadversionem *Pearsonii* vide suprà p. 136.

2 Μάρκου βασιλέως ἐπιστολὴ] Hanc epistolam (puriam, & à recentiori quodam Græco, rerum Romanarum ignaro, confictam esse affirmat, & probare contendit *Scaliger* in Animadversionibus ad Euseb. An. MMCLXXXIII. à *Kortholto* ad calcem hujus libelli pag. 55. allegatus. Ubi tamen textui ejus in quibusdam commatibus emendando operam dedit; sed frustra aliquando, ut mox patebit.

1 ἐμοὶ

ἐπεκολυθήμεσα ἐπίηαι ἐν τῇ μήθρᾳ [1] καμῶν Ϛ ασαθῶν, [2] ἐν κοτίνῳ καζαλαμβανομένου μου ὑπὸ δρακόντων ἑβδομήκοντα πεσσάρων ἀπὸ μιλίων ἑνέα. γνωμόνων ἢ αὐτῶν ἐγγὺς ἡμῶν, [4] ἐξπλωρϛάτωρες ἐμεμήνυσαν ἡμῖν, ϗ Πομπηϊανὸς ὁ ἡμέτερος πολέμαρχος ἐδήλωσεν ἡμῖν ἅπινα εἴδομεν· (καζαλαμβάνομένους ἢ ἡμᾶς ἐν μεγάθ πλήθυς ἀμίκτε, ϛρατυμάτων λεγεῶν Ϙ πείμας, δεκάτης, [5] ϛεμινα Φρεντησίας) [6] μίγμα κατηλθμημένον πλήθη παρέιναι παμμίκτε ὄχλε χιλιάδων ἐννακοσίων ἑβδομηκονϛαπλᾶ. ἐξετάσατε ἂν ἐμαυτὸν καὶ τὸ πλῆθος

stra me afflixerint defatigationes atque molestiæ, cinctо me à septuaginta cohortibus novem miliarium spatio in Cotino. Qui cùm non longè abessent, exploratores id nobis indicarunt: & Pompejanus copiarum nostrarum militarium præfectus ea significavit, quæ priùs nobis cognita erant: (cinctus autem eram magna, eâque immani multitudine copiarum legionis primæ, decimæ, geminæ, ferentariorum) exercitum mistum ex omni turbâ confertâ nongentorum septuaginta millium adesse. Ipse igitur vires meas inquirens, & copiarum nume-

1 καμῶν ϗ ασαθῶν] *Sylburgius* hæc verba corrupta, quasi populorum nomina accipit, ac reponi vult Κιλίων ϗ Σαρματῶν. Quam conjecturam variis *Ammiani Marcellini*, *Julii Capitolini* aliorumque, qui bellum contra Quados & Sarmatas referunt, verbis probare conatus est. Sed cum *Lango* & *Scaligero*, καμῶν ϗ πεδῶν legere malo.

2 ἐν Κοτίνῳ] Et Κατίνῳ legere amat *Scaliger* loco citato.

3 ὑπὸ δρακόντων] Δράγκων in locum δρακόντων substituit *Scaliger*, notans, vocem *Drungus* significare *cohortem*, eamque à barbaris seculò Diocletiani ad Latinos, & ab his ad Græcos transmissam esse. Sed *Salmasius* in Not. ad Julium Capitolinum de Vita Antonini, cap. 24. retinendam docet vocem δρακόντων, utpote quæ signum militare denotat, aitque Dracones decem in unaquaque legione fuisse, adeo ut septuaginta Dracones septem effecerint legiones: neque Romanos solùm, sed & Parthos Indos atque Scythas hoc signo usos esse probat: quanquam hoc loco de Romanis potius copiis accipiat, (secus ac *Langus* ad calcem hujus libelli pag. 56.) Maximè verò ad præsentem rem faciunt verba *Luciani* ab eo allegata: πυκνὸν δὲ πλῆθος τῶν αὐτῶν. χιλίους γὰρ ἕλεγε δράκων ἄγειν.

4 ἐξπλωρϛάτωρες] Hanc vocem sub imperio Græcorum Constantinopolitano demum usurpari cœptam, notat *Scaliger* loco citato.

5 ϛεμινα Φρεντησίας] Γεμίνας, φρεντωσίας repositi *Scaliger*. Cui quoad priorem vocem consentit *Salmasius*; quoad posteriorem verò monet, φρεντησίας legendum esse, non φρεντωσίας. Sic enim Græcos solere enunciare hæc nomina: *fretensis*, φρεντήσιον, ut *castrensis*, κασρήσιον. &c.

6 μίγμα κατηλθμημένον πλῆθη παρεῖναι] *Scaliger* hæc ita emendat: μίγμα ἐκκεκαθαρμένον πλῆθος παρεῖναι, notatque insuper ἀκκεκαθαρμένον ineptissimè dictum esse ἀντὶ τοῦ, ἀκκεκαθαρμένε.

numerum cum multitudine barbarorum atque hostium conferens, ad preces diis patriis fundendas properavi. Sed ab iis neglectus, & copias meas in angustum redactas cernens, evocavi, qui apud nos dicuntur, Christianos, ac per inquisitionem magnum eorum inveni numerum: acriùsque in eos infremui: quod quidem minimè factum oportuit, propter eam, quam in illis postea comperi, virtutem. Unde illi pugnam, non à telorum armorumque expeditione, neque à tubarum classico exorsi sunt: quòd tale quid adversum eis fit, propter Deum, quem secum in conscientia gestant: (quapropter æquum est, quos atheos esse suspicati sumus, *ut eos non*

τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων & πολεμίων, κατέθραμον εἰς τὸ θεοῖς εὔχεσθαι πατρῴοις. ἀμελούμενος δ' ὑπ' αὐτῶν, καὶ τὴν στενοχωρίαν με θεωρήσας & δυνάμεως, παρεκάλεσα τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους Χριστιανούς· καὶ ἐπερωτήσας, εὗρον πολῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν,[2] καὶ ἐμβριμησάμενος εἰς αὐτούς· ὅπερ οὐκ ἔπρεπε, μᾶλλον τὸ ὕστερον ἐπεγνωκέναι με τὴν δύναμιν αὐτῶν. [3]ὅθεν ἀρξάμενοι, ἀπὸ βελῶν οὐδὲ ἄρξασθαι, ἢ ὅπλων, ἢ σαλπίγγων, μᾶλλον τὸ ἐχθρὸν εἶναι τὸ τοιοῦτο αὐτοῖς, μᾶλλον τὸν Θεὸν [5]ὃν φορεῖσι κατὰ συνείδησιν· (ὁ ἐνὸς ἕν ἐστιν, ὃς [6]περιπατήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπολιτεύσομαι. *Omnino. Scriptum est enim: Inhabitabo in ipsis, & ambulabo in eis.*

1 πατρίους.] *R. Steph.* aliam, nescio unde, notavit lectionem, πατρίους.

2 καὶ ἐμβριμησάμενος.] *Sylburg.* monet, καὶ pro καίπερ accipiendum videri, atque ita vertendum: *etiamsi adversus eos infremuissem.* Sed fortasse Imperator tunc etiam in Christianos infremuit, inque eos inquisivit, ut ab exercitu removeret, ratus illorum causâ se in has angustias redactum, & à Diis neglectum esse.

3 ὅθεν ἀρξάμενοι,] *Scaliger* reponit, οἱ οὐκοῦν ἀρξάμενοι, indeque ridet Auctorem hujus Epistolæ, quod Imperatorem finxerit in exercitu habentem milites sine armis, sine telo. Sed iniquum est, Scriptoribus absurda verba affingere, & ob illa ipsa eos traducere. Sensus est, Christianos in præsenti periculo pugnam non ab armorum paratura vel classici cantu, sed à precibus ad Deum incepisse: quod nihil habet absurdi.

4 ἐν βιλῶν παρέρτησιν.] Cum βελῶν παρέρτησιν subaudiendum μηχανῶν τινῶν vel simile quid. SYLBURG. Sed nihil deest, si parenthesis interponatur.

5 ὃν φορεῖσι κατὰ συνείδησιν.) In Martyrio S. Ignatii Tom. I. Spicileg. Patrum Seculi II. pag. 11. Trajanus Imp. Ignatium interrogasse fertur: σὺ ἄρα εἰ ὁ ἐαυτῷ φέρων τὸν σταυρόδηκτον; *Tu ergo in te ipso crucifixum geris?* Ignatius verò respondisse: ναί· μέγεται γὰρ ἐνοικῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω. *Omnino. Scriptum est enim: Inhabitabo in ipsis, & ambulabo in eis.*

6 ὁ ἐνὸς ἕν ἐστιν,] Tria hæc verba, ut textus cohæreret, *Scaliger*, parenthesin haud animadvertens, omittenda censuit.

7 Θεὸν ἔχειν] Voculam ἐν hîc deesiderari, iterum notavit *Sylburg.* Sed hoc

αὐτόματον ἐν τῇ συνειδήσει πεπ-
ηγυῖαν.) ῥίψαντες γὰρ ἑαυτοὺς
ἐπὶ τὴν γῆν, οὐχ ὑπὲρ ἐμοῦ μό-
νον ἐδεήθησαν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὅ-
λου τοῦ παρόντος στρατεύματος, [1] παρήγο-
ρον ἡμῖν δόντες ψυχῆς καὶ λιμοῦ τῆς
παρούσης. πεμπταῖοι γὰρ ὕδατος
οὐκ εἰλήφειμεν. Δεῖ τὸ μὴ παρεῖ-
ναι. ἦμεν γὰρ ἐν τῷ μεσομφάλῳ
τῆς Γερμανίας, καὶ τοῖς ὅροις [2] αὐ-
τῶν. ἅμα δὲ τῷ τοῦτο ῥίψαι
ἐπὶ τὴν γῆν ἑαυτοὺς, καὶ εὐχεσθαι
Θεῷ, ὃν ἐγὼ ἠγνόουν, [3] εὐθέως ὕ-
δωρ ἠκολούθησεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἐπὶ μὲν
ἡμᾶς ψυχρότατον, ἐπὶ δὲ τοὺς
Ῥωμαίων [4] ἐπιβούλους, καύλαζα
πυρώδη. ἀλλὰ καὶ εὐθὺ Θεοῦ
παρουσίαν ἐν εὐχῇ γινομένην
αἰσθητικὴν, ὡς ἀνυπερβλήτου καὶ
[5] ἀκαταλύτου. αὐτόθεν ἤδη δεξιά-

rimus Deum in conſcientiâ *quaſi* incluſum habere, ſponte facientem, *quæ deſiderant*; nam projicientes ſe in terram, non pro me tantùm, ſed & pro exercitu, qui tùm ibi aderat, precati ſunt, ita ut ſolatio nobis eſſent in præſenti fame & ſiti. In quintum enim jam diem aquam, quùm ea haud præſto eſſet, non ceperamus. Nam in meditullio Germaniæ, & in finibus hoſtium eramus. Simul atque verò illi in terram ſunt provoluti, atque Deum precati, quem ego ignorabam, confeſtim aqua de cœlo eſt conſequuta: in nos illa quidem frigidiſſima, in Romanorum verò hoſtes grando ignea. Sed & cum oratione ipsâ illico præſentia DEI affuit, tanquam inſuperabilis & invicti. Inde

hoc loco plura deſiderantur, quæ ſenſum in verſione à nobis expreſſum expleant.

1 παρήγορον] Παρήγορον repoſuit Scaliger, ita ut ad Deum referatur.

2 αὐτῶν.] Non placet annotatio *Sylburgii*, legentis αὐτῶν, idque primæ perſonæ ſignificatione, pro ἡμῶν αὐτῶν, *in finibus noſtris*.

3 εὐθέως ὕδατος &c.] Idem miraculum Romæ in Antonini columnâ cochlide exſculptum eſſe, teſtatur Bibliotheca Vaticana *Angeli Rocchæ* pag. 288. ubi ex Gentilitatis opinione Jupiter pluvius alatâ imagine, barba admodum prolixâ, & brachiis extenſis, pluviam Romanis largiens depingitur. SYLBURG. Conſer de hoc miraculo & legione inde fulminatrice dicta Euſeb. lib. v. Hiſt. Eccleſ. cap. 5. ac ibidem Valeſium nec non Scaligerum & Salmaſium locis citatis.

4 ἐπιβούλους,] Hæc vox optimè reſpondet textui Julii Capitolini in Vita M. Antonini cap. 24. ſcribentis: *Fulmen de cœlo precibus ſuis contra hoſtium machinamentum extorſit.* Ubi *Salmaſius* in Notis *hoſtium machinamentum*, cum ἐπιβούλους confert, ac primùm quidem, quale illud machinamentum fuerit, ſe ignorare profitetur; poſtea verò id ex Dionis Epitome explicatur, nempe quod Barbari pugnam detrectantes, Romanos æſtu ſitique interituros ſperaverint, locis omnibus, unde aquam conſequi poſſent, occupatis.

5 ἀκαταλύτου] Poſt ἀκαταλύτου deeſt συνέδραμεν aut aliud conſimile verbum. SYLBURG.

de igitur incipientes, permittamus hiſce, Chriſtianis eſſe; ut ne ſimile telum adverſus nos precibus impetrantes, voti compotes fiant. Hominem igitur hujuſmodi, eò quod Chriſtianus ſit, haud in jus vocandum ſtatuo. Si quis autem inveniatur Chriſtianum, propterea quòd Chriſtianus ſit, deferre; delatum ipſum Chriſtianum, nullo alio crimine accuſatum quàm quod Chriſtianus ſit, ubi hoc confeſſus fuerit, manifeſtò ſe talem gerere, delatorem vero ipſum vivum comburi volo. At Chriſtianum confeſſum, ac eo nomine ab omni periculo liberum, is cui provinciæ præfectura credita eſt, ad pœnitentiam ejuſmodi profeſſionis & ſtatum illiberalem non traducet. Hæc verò etiam Senatuſconſulto confirmari volo: & conſtitutionem hanc meam in foro Trajani proponi jubeo,

μθυοι, συγχωρσωμθν τοῖς τοιού-τοις εἶναι Χρισιανοῖς, ἵνα μὴ καθ' ἡμῶν τι τοιοῦτον αἰτησάμθυοι ὄφελον, ὃπαιτύχωσι. τ δὲ τοιοῦ-τον συμβελεύω, ᾀλλ' τ τοιοῦτον εἶναι Χρισιανὸν, μὴ ἐγκαλεῖαζ. εἰ δὲ εὑρεθείη τις ἐγκαλῶν τῷ Χρισιανῷ ὅτι Χρισιανός ἐσι, τ μὲν ωεσαγόμθυον Χρισιανὸν ωε-δηλον εἶναι βέλομαι· γίνεζ ὁμο-λογήσαν τα τοῦτο, ἄλλο ἔπρον μη-δὲν ἐγκαλέμθυον, ἢ ὅτι Χρισια-νός ἐσι μόνον· τ ωεσαγόν τα δὲ τοῦτον ζῶντα καίεδαι. τ δὲ Χρισιανὸν ὁμολογήσαντα, κ σεμνα-σφαλισάμθυον ωεῖ ὃ τοιοῦτ, τ πεπισευμθυον τῷ ἐπαρχίαν εἰς μετάνοιαν καὶ ἀνελεδθερίαν τ τοιοῦτον μὴ μεταγ. ταῦτα δὲ κ τ συγκλήτ δόγματι κυρω-δῆναι βέλομαι, κ κελεύω [2] τοῦτο μ τ ᾀλιάγμα [3] ἐν τῷ φόρῳ ὃ Τραϊανῷ ωεσεδῶναι, πρὸς [4] τ δωάεδαι

1 γίνεζ] Hoc verbum redundare notat *Sylburg.* quia præceſſit εἶναι. Sed εἶναι ad φθόνλον, atque γίνεζ ad ὁμολογήσαντα referri poteſt.

2 τοῦτο μ τὸ διάταγμα] Conſtitutionis hujus fragmentum eſſe videtur, quod Pandectarum lib. 50. Tit. *de Decurionibus, & eorum libris*, lege *Generaliter*, Paragrapho finali, *Ulpianus* ſcribit: *Eis qui Judaicam ſuperſtitionem ſequuntur, Divi Verus & Antoninus, honores adipiſci permiſerunt: ſed & neceſſitates eis impoſuerunt, qui ſuperſtitiones eorum non læderent.* Ibi enim Judaica pro Chriſtiana dicitur, quod hæc ab illa promanaverit; ut *Alciatus, Budæus*, & alii confirmant.

3 ὁ τῷ φόρῳ τῷ Τραϊανῷ] Edicta in foro Trajani proponi ſolita, *Briſſonius* lib. 3. de Formulis docet ex aliquot Conſtitutionum ſubſcriptionibus; quibus addita legitur hæc clauſula: *Propoſita in foro Trajani.* SYLB.

4 τὸ δωάεδαι ἀναγκαίωζ·] Idem *Briſſonius* loco citato, inter δωάεδαι & ἀναγκαίωζ inſerendum putat ἐξ ἐπιπέδε, ut hoc modo impleantur ſolemnia illa Edictorum verba: *unde de plano recte legi poſſit.* SYLBURG. Sed iſtam additionem haud neceſſariam puto.

1 φρον-

δυνάσθαι ἀναγινώσκεσθαι. [1]Φροντίσῃ ὁ περὶ Φεκτ[illegible] [2]Βηρά-σιος Πολλίων εἰς τὰς πλησίον ἐπαρχίας πεμφθῆναι· πάντα δὲ τὰ βιβλόμενον χρῆσθαι καὶ ἔχειν, μὴ κωλύεσθαι λαμβάνειν ἐκ τῶν προσπεφθέντων παρ' ἡμῶν.

ut legi possit. Illam quoque in provincias quasque mittendam curabit Verasius Pollio præfectus. Quicumque autem hac uti, & habere (exemplar ejus) voluerit, ne id ex eo, quod à nobis propositum est, *descriptum* accipere prohibeatur.

1 φροντίσῃ] Particulas δὲ καὶ post hoc verbum desiderat *Sylburg.*

2 Βηρά-σιος] *Brissonius* loco ante dicto legit, Βηρύσ[illegible] *Virasius*; ut apud Ælium Lampridium in Vita Commodi, est *Virasia Faustina.*

LANGI ET KORTHOLTI

ANNOTATIONES,

Quibus varia Juſtini M. dicta ex aliis Scriptoribus illuſtrârunt.

NB. *Numerus paginarum ſingulis Annotationibus præfixus non hujus, ſed Pariſienſis eſt editionis; ideoque in margine utriuſque Apologiæ expreſſus.*

PAg. 53. ὑπὲρ τοῦ κατὰ τοῦ γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένου] De iniquo hoc in Chriſtianos odio etiam poſtea Juſtinus in eadem hac Apologia queritur; dum Gentiles vocat τοὺς ἀδίκως μισοῦντας, & de ſe ſuiſque rogat: τί γὰρ πάσχομεν ἀδίκως μισούμενοι; Quomodo & Tertullianus, ſub initium Apologetici, *iniquitatem odii erga nomen Chriſtianum* multis exaggerat, atque Lugdunenſes in ſua apud Euſebium lib. v. cap. 1. epiſtola deplorant, quod ἀδίκως odium in Chriſtianos Præſes populuſque profanus conceperint. Similiter *odium* adverſus Chriſtianos *ingens Paganis* tribuit Origenes κατὰ Κέλσου lib. IV. cap. 1. *odium publicum* Tertullianus Apolog. cap. 2. 4. lib. 1. ad Nat. cap. 2. qui & ſub finem Apologetici, quod *in odium bonorum conſpirent*, idololatris objicit: ſicut *hoſtilia & furioſa odia* illis præterea exprobrat Cyprianus libro de bono Patientiæ, *odium adverſus juſtos*, item *violentum & pertinax odium* Lactantius Inſtit. lib. v. cap. 9. ubi etiam, quod *juſtitiæ ſectatores pro hoſtibus ducam, imò verò plus quàm pro hoſtibus*, de ipſis affirmat. Quemadmodum de iiſdem Auguſtinus ſcribit, lib. 1. de Civit. Dei cap. 1. quod in Eccleſiam *exardeſcant ignibus odiorum*. Porro eandem in rem Gregorius ait Nazianzenus orat. 1. μισούμενοι οὐ τοῖς ἤθεσι. Ignatius epiſt. XII. Χριστιανὸς μισοῦνται. Quæ ſic exprimit Clemens Alex. in Protreptico: ἐμισήθη ὁ ἀγαθός, Origenes verò ita, ut dicat libro 1. contra Celſum, infideles μισοῦσι τὸν λόγον. Pertinent huc denique illa Hilarii lib. adverſus Auxentium: Gentilium *in nos odiis confeſſio divinæ prædicationis effloruit*. Nempe ita Servator prædixerat, Matth. x. 22. XXIV. 9. Marc. XIII. 13. Luc. VI. 22. XXI. 17. Joh. XV. 19. XVII. 14. qui & de ſemet queritur ipſo, Johan. XV. 25. ἐμίσησάν με δωρεάν. Confer quæ notamus in Epiſtolam ad Diognetum, ad verba: τῷ αἰτίῳ τῆς ἔχθρας. KORTHOLT.

Ibid. *Μόνοι πλαθῆς ἁμαρτῶν*] Arnobius libro 5. contra Gentes: *Non nobis eſt ſermo cum hominibus rationis expertibus, neque quibus non ſit communis intelligentiæ veritas. Ineſt & vobis ſapientia, ineſt ſenſus, verumque nos dicere apud vos ipſi interiore judicio ſcitis. Sed quid facere poſſumus conſiderare nolentibus penitus res ipſas, ſecumque ipſos loqui? Facilis enim quod fieri cernitis, non quod fieri oportere confidis: nimirum quia apud vos plus valet nullam habens conſuetudo rationem, quàm rerum inſpectâ naturâ veritatis examinatione ponderata.* Videlicet hoc eſt, quod ait Lactantius Inſtit. lib. 1. cap. 5. *ſummo ingenio viros attigiſſe Veritatem, ac prope tenuiſſe, niſi eos retrorſum fucata pravis opinionibus conſuetudo rapuiſſet.* Atque hinc Clemens Alexandr. in Protreptico: Φύγωμεν, inquit, τὸν συνέθειαν, φύγωμεν οἷον ἅμαξαν χαλκῆν, ἢ χαρύβδεως ἀπειλὴν, ἢ Σειρῆνας μυθικὰς· ἄγχει τὸν ἄνθρωπον, τῆς ἀληθείας ἀπατᾷ, ἀπάγει τῆς ζωῆς· πανοῦργόν ἐστι, βάραθρόν ἐστι, βίβρων ἐστὶ, λίνον ἐστὶ κακῶν ἡ συνήθεια. *Fugiamus conſuetudinem, fugiamus tanquam ſcopulum difficilem, aut Charybdis minas, aut fabulis decantatas Syrenes: ſuffocat hominem, à veritate avertit, abducit à vitâ; eſt laqueus, eſt barathrum, eſt ma-*

lum

lum ventilabrum Consuetudo. Refer huc quæ diximus ad initium Paræneseos. KORTHOLT.

Eâdem pag. 53. Οὐ γὰρ κολακεύοντες ὑμᾶς] *Vita legitima libertatis dicendi est opifex.* ὑποκρὶς ζωὴ παῤῥησίαν δημιεργεῖ. Chrysostomus. LANG.

Pagin. 54. Βλάψαι δὲ ὐ.] *Sæpe nihil nocet ei qui patitur injuriam: ei autem qui facit necesse est ut noceat. Quid enim nocuit Martyribus iniquitas persequentium? ipsis autem persequutoribus plurimum.* August. Epist. 146. LANG.

Ibidem, Ἀξιῶμεν καὶ κατηγορήσθαι αὐτῶν ἐξετάζοντες] Melito Sardianus, in Apologiâ ad Antoninum, apud Eusebium lib. 4. cap. 26. βούλου δὲ σὺ μόνῳ ἐπεξιέναι ἡμῖν, ἵνα αὐτὸς ἀφέλῃ τὰς τῶν τοιούτων φιλονικίας ἰδιώτας, δικαίως κρίνειν, εἰ ἄξιοι ἦσαν ἢ τιμωρίας, ἢ ἀπολογίας ἢ συγγνώμης οὗτοι. *Unum illud à te petimus, ut cùm hujusmodi pertinacia perditos homines per te ipse prius examineveris, tum deinde pro tua æquitate statuas, utrum supplicio ac morte affici, an salvi & securi degere mereantur.* Tertullianus Apolog. cap. 4. *Incestus sum: cur non requiruntur? infanticida: cur non extorquentur?* cap. 7. *Dicimur sceleratissimi de sacramento infanticidii, & pabulo inde, & post convivium incesto, quod eruerfores hominum canes lenones scilicet tenebrarum & libidinum impiarum inverecundiâ procurent. Dicimur tamen semper: nec vos, quod tamdiu dicimur, eruere curatis. Ergo aut eruite, si creditis; aut nolite credere, qui non eruitis.* Idem lib. 1. ad Nat. cap. 2. dæmonolatras provocat, ut scelerum intentatorum confessionem Christianis extorqueant, ne lateat, *quos quisque jam convivia illa celebrasse tibi; quotiens in tenebris incestasse incesta.* Moxque iisdem sic insultat: *Quid? quod eradicandi generis Christiani diffundenda cras requisitio, perrigenda quæstio in socios conjuratosque. Producerentur infantarii, & coqui, & ipsi cenes promibi: emendata res esset. Etiam spectaculis gratia adgregaretur. Quando enim studiô in cavea conveniretur, depugnaturo aliquo, qui cenum infantes devorasset!* Sed & libro ad Scapulam cap. 2. ait, Christianorum sectam *incestam* esse (ob nefandum coitum) & *crudelem* (ob infanticidium) *tantâ tempore neminem probasse.* Eodem modo apud Minucium Felicem Octavius, de se suisque similibus in Paganismi adhuc tenebris palpantibus: *Et nos*, ait, *eadem vobiscum quondam, adhuc cæci & hebetes, sentiebamus; quasi Christiani monstra colerent, infantes venerarent, convivia incesta miscerent: nec intelligebamus, ab his fabulas istas semper versari, & nunquam vel investigari, vel probari; nec tanto tempore aliquem exisse, qui proderet, non tantum falsi veniam, verum etiam indicii gratiam consecuturum.* Justinus denique noster infrà, hoc ipso libro: τί καθ' ἡμῶν λέγουσιν ἄνευφημα καὶ κακόν; ἴσμεν εἰπόντας (οἱ κατηγοροῦμενοι) οὐ πάσης μοίρης, οὐδὲ κοπῆναι ἄξιοι ἐσμεν. Certè cum in persecutione Gallicana sub M. Antonino, illiciti quid (τὸ μὴ θέμιτον) è Confessoribus, Sancto, Blandina, Bibliade, se audituros arbitrarentur Pagani, nihil præter has voces extorquere tormenta valuerunt: *Χριστιανός εἰμι, χριστιανὸν εἶναι καὶ παρ' ἡμῖν οὐδὲν φαῦλον γίνεται. Christianus sum! Christiana sum! Nihil apud nos mali geritur!* teste, ex Lugdunensium epistola martyrologica, Eusebio Histor. Eccles. lib. 5. cap. 1. Similiter cùm & Plinius Junior ex duabus Diaconissis, quid veri subesset illi de Christianorum nefandis sceleribus rumori, per tormenta quæreret, nihil hujusmodi invenit, ceu testatur ipsemet epist. 97. lib. 10. KORTHOLT.

Ibidem Ἐὰν ὦτες ἐχητε λεπτὸν ακουσαντες, κολάζεσθε] Athenagoras in Apologiâ (pag. 3.) εἰ μέν τις ἡμῖν ἐλέγχειν ἔχει ἢ μικρὸν ἢ μέζον ἀδικοῦντας, κολάζεσθε ὡς ἀπειθοῦντας, ἀλλὰ μὴ ὡς πικροτάτῃ καὶ ἀνελεῖν πρεπούσῃ, ὑπείχομεν ἄξιοι. Et mox: κρίνοιτο γὰρ ὅσον ἐν καὶ ἐνδίκῃ τις, καὶ ἢ ἀθέοις λατρεύουσιν τοῖς κατηγορουμένοις, ἢ κολάζεσθαι τοῖς ἀληθεῖς πταίειν. Vide quæ ibi notamus. KORTHOLT.

Pag.

Eîdem pag. 54. Διὰ φήμην πονηρὸν] *Famæ ex eſt conditio, ut non niſi cum mentitur, perſeveret: & tandiu vivit, quamdiu non probat. Siquidem ubi probavit, ceſſat eſſe, & quaſi officio nunciandi functa rem tradit: & exinde res tenetur, res nominatur. — Fama nomen incerti: locum non habet, ubi certum eſt. An verò fama credat, niſi inconſideratus? Quia ſapiens non credit incerto. — Naturæ diſpoſitio ita ordinavit, ut nihil diu lateat, etiam quod fama non diſſulit.* Tertullianus (cap. 7. Apologetici.) LANG.

Ibidem, Ὀνόματος μὲν ἓν κατηγορία] Athenagoras (pag. 3.) ἀδίκου ἄνομα ἐφ' ἑαυτῷ τὸ δὲ αὐτῷ ὑπονοῆσαι, ὅτι χρηστὸν νομίζεται. Ἀφ' ὧν δὲ αἱ κατονομασίαι αὐτοῖς ἢ πονηρὸς ἢ ἀγαθὸς περιέχει, ἢ φλαῦρος ἢ ἀγαθὸς δῆλον. Et mox: τί ἡμῖν τὸ ὄνομα κακὸν κρίνειν τελῶ; Tertullianus Apolog. cap. 3. *Si nominis odium eſt, quis nominum reatus? quæ accuſatio vocabulorum? niſi ſi aut barbarum ſonat aliqua vox nominis, aut inſuaviſſimum, aut impudicum.* Vide ſupra Apolog. 1. ad verba: μήτε μίσους. KORTHOLT.

Ibidem, Χρηστότητος κατάκλησιν] Solebant Gentiles Dominum ac Servatorem noſtrum vocare CHRESTUM, ejuſque cultores CHRESTIANOS. Sic enim tradit Lactantius Divin. Inſtitut. lib. 4. cap. 7. quando de appellatione CHRISTI agens: *Exponenda hujus nominis ratio eſt*, ſcribit, *propter ignorantiam errorem, qui eum, immutatâ literâ, CHRESTUM ſolent dicere.* Et occurrit ſanè nomen iſtud Redemptori tributum apud Suetonium in Claudio cap. 25. ac Lucianum, vel quiſquis auctor, in Philopatride. Nempe dum ex marmorum antiquorum inſcriptione, ac aliunde etiam, conſtet, inter nomina Romana & hoc fuiſſe, inde ſine dubio anſam ceperunt Pagani, ut τὸ CHRISTUS, cujus ἄνομον & ſignificatum ignorabant, in CHRESTOS mutarent. Sed Chriſtiani id in ſuam rem vertebant, & talem poſteriori huic voci aſſignabant notationem, ut nihil incommodi præ ſe ferret, ἀπὸ τῆς χρηστότητος videlicet eam derivantes. Quam in rem Tertullianus Apolog. cap. 3. *Et cum perperam CHRISTIANUS pronunciatur à vobis, (nam nec nominis eſt notitia penes vos) de ſuavitate vel benignitate compoſitum eſt. Oditur itaque in hominibus innocuis etiam nomen innocuum.* Nempe χρηστότης *ſuavitatem* notat & *benignitatem.* Vide Hieronymum in Galat. V. 22. Theophilus Antiochenus ſub initium operis ad Autolycum, ἀπὸ τοῦ ἐνόχλειν nomen *Chriſtianis* deducit. Eoque haud dubiè etiam Juſtinus noſter reſpicit, dum infrà, qui CHRISTI ſe hoſtes profitentur, ἄχρηστοι ipſi audiunt: uti quoque antagoniſtam ſuum Autolycum ſic appellat memorato loco Theophilus. Confer & Clementem Alexandrinum Stromat. 2. Χρηστὸς præterea cum diphthongo Servatoris nomen veteres ſcripſiſſe, Valeſius annotat in Orationem Conſtantini M. ad Sanctorum cœtum cap. 18. pag. 265. Denique obſerva, quod, uti Chriſtianorum nomen Ethnicis *exetrabile & invitiſſimum* habebatur, *ominiſque peſtimi*, adeo ut *ad ejus mentionem inhorreſcerent, & rabidorum peſtorum efferveſcerent ardoribus*, teſte Arnobio lib. 1. & 2. ſic è contrario *nomen emendationis* ſcitè id vocet Tertullianus Apolog. cap. 3. [quo de paulò poſt] atque πάνσεμνον καὶ ἅγιον καὶ ζωοποιὸν κατονομάσμα, *venerandam & glorioſam ſalutaremque appellationem* Eccleſia Gallica apud Euſ. Hiſt. Eccl. lib. 5. c. 1. KORTH.

Pagin. 55. Ἐὰν μέν τις τῶν κατηγορουμένων] Hæc eſt illa *perverſa quæſtio*, quam in Chriſtianorum cauſa idololatras exercuiſſe Minucii Octavius queritur, non ut veritas erueretur, ſed ut cogeretur mendacium. Et meritò vocat perverſam quæſtionem, quia contra omnium judiciorum rationem legumque tenorem inſtituebatur. Etenim leges reum torqueri jubent, ut occulta crimina confiteatur, non ut confeſſa neget; ceu notum eſt. Jam vide. Chriſtianis

nefanda quæque & inaudita ſcelera, Thyeſteæ puta dapes, Oedipodei concubitus, contemptus ſacrorum, atheiſmus, crimen læſæ majeſtatis, factiones, aliaque id genus innumera (de quibus in peculiari tractatu agimus) objiciebantur. Quod ſi judicio ſiſterentur, &, num Chriſtiani eſſent, interrogarentur, eſſe ſe, intrepidè atque conſtanter affirmabant. Ea confeſſio non poterat videri aliud præ ſe ferre Gentilibus, quàm quod ἀθεότητος φάσκειν, inceſtuoſos, ſacrilegos, impios, perduelles, ſe eſſent profeſſi. Nam, ut dixi, ex opinione infidelium, eſſe Chriſtianum perinde erat, ac omnium iſtorum criminum eſſe reum. Cùm igitur reorum confeſſio omnem facti quæſtionem tollat, quid ſupererat, niſi ut Judices de Chriſtianis, qui ſe tales eſſe conſtanter affirmarent, tanquam de manifeſtis rerum capitalium, ſupplicium ſumerent? At verò tantum aberat, ut hoc facerent, ut potiùs, quò conſtantiores in confitendo illos experirentur, eò crudeliùs omni tormentorum genere in ipſos ſævirent, ut ad inficiationem compellerent. Quod profectò idem eſt, ac ſi homicidam, adulterum, furem, qui ſe talem apertè confiteretur, tormentis & cruciatibus ad diffitenda iſthæc crimina velles adigere: ut hac ratione promerito ſubduceretur ſupplicio. Quô quidem nihil abſurdius eſſe, praxique judiciorum adverſum magis, ex ſe liquet. Atque hinc non mirum, præpoſteram iſtam judicandi rationem à priſcis fidei noſtræ defenſoribus tantoperè Paganis exprobrari. Octavius apud Minucium Felicem: *Si quis infirmior, malò preſſus & victus, Chriſtianum ſe negâſſet, ſævebamus ei* nos Gentiles: *quaſi, ejerato nomine, jam omnia facta ſua illâ negatione purgaret: — cùm, ſi ratio, non inſtigatio dæmonis, judicaret, urgendi magis, non ut diffiterentur ſe Chriſtianos, ſed ut de inceſtis, ſtuproris, de impiatis ſacris, de infandis immolatis faterentur.* Origenes contra Celſum lib. 2. οὐκ ἴσον ἀκούειν ὁποτέρου συνηκμάζοντος, οὐ τοῦ τὰς τὴν νομιζομένην θεοσέβειαν ὡς σικάριος ἀναιρεῖν βουλομένου μετὰ ξιφιδίου μὴ δυναμένου δὲ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπαγχόνιον ἀλλὰ δι' ἀρετὴ δεχθέντα ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ ὡς ἀναίρεσιν τῆ παρανόητ ωὐτῶν. Χεσταῖοι δὲ μόνοι — μίχρι πολλοστῆς ἀκαιρῆς ὑπὸ τῶ δικαίων ἐπιχειρούσης ἐξομοτόμους τὸν Χεσταῖον μὴν, τὸ τῶ κρεῖττ ονος ὄφη φεύγοντες, τὸ ὁμόσαντες, εἶναι γλοιδῆ, τὸ ζῆν ἀκινδύνως. *Numquam auditum, quod Judex ſicario ſuæ religionis reo feceris optionem, malitne, mutatâ religione abſolvi, an occidi perſtans in ea; ſed ſatis eſt ad ejus ſupplicium oſtenſa circumciſio;* (ob quam ſcil. ſicarii, quòd ſeipſos mutilaſſent, capite luebant) *Chriſtianis verò ſolis — quamdiu ſpirant, à Judicibus permittitur ejurare Chriſtianiſmum, & more aliorum ſacrificare, atque ita ſecuros domi vivere.* Tertullianus Apolog. cap. 2. *Ceteris negantibus adhibetis tormenta ad confitendum, ſolis Chriſtianis ad negandum: cùm, ſi malum eſſet* Chriſtianiſmus, *nos quidem negaremus, vos verò confiteri tormentis compelleretis. — Cum præſumatis de ſceleribus noſtris ex nominis confeſſione, cogitis tormentis de confeſſione dècedere, ut negantes nomen, patiter utique negemus & ſcelera, de quibus ex confeſſione nominis præſumpſeratis. — Vociferatur homo: Chriſtianus ſum! Quod eſt, dicis. Tu vis audire, quod non eſt. Veritatis extorquendæ Præſides, de nobis ſolis mendacium elaboratis audire. Hoc ſum, inquis* Chriſtianus, *quod queris an ſim. Quid me torques in perverſum? Confiteor, & torques. Quid faceres, ſi negarem? Plenè aliis negantibus non facilè fidem accommodatis: nobis, ſi negaverimus, ſtatim creditis. — — Chriſtianum hominem omnium ſcelerum reum, Deorum, Imperatorum, legum, morum, naturæ totius inimicum exiſtimas: & cogis negare, ut abſolvas, quem non poteras abſolvere niſi negaveris. Prævaricaris in leges. Vis ergo neget ſe nocentem, ut eum facias innocentem, & quidam invitum?* Confer quæ habet idem infra cap. 7. libro item 1. ad Nationes cap. 2. & lib. ad Scapulam cap. 4. Nec aliter Cyprianus, lib. ad Demetrianum: *Chriſtianum*

non esse ' ita ille) *aut esi crimen, aut non esi. Si crimen esi, quid non interficis confitentem? Si crimen non esi, quid prosequeris innocentem? Torqueri enim debui, si negarem; Si, panam tuam metuens, id quod prius fueram, & quod Deos tuos non colueram, mendacio fallente celarem, tunc torquendus fuissem, tunc ad confessionem criminis vi doloris adigendus; sicut in certis quæstionibus torquentur rei, qui se negant crimine, quo accusantur, teneri, ut facinoris veritas, quæ indice voce non promitur, dolore corporis exprimatur. Nunc verò, cum sponte confitear, & clamem, & crebris ac reptitis idemidem vocibus Christianum me esse contester, quid tormenta admoves confitenti?* Atque hic ipse mos, Christianos torquendi confitentes, adeò familiaris fuit Gentilibus, ut tanquam novum & insolitum quid notetur in Appendice lib. 8. Historiæ Eusebianæ cap. 9. Judicem quendam sub Diocletiano tres martyres, qui se Christianos magna erant παῤῥησίᾳ professi, statim duci ad mortem præcepisse, nullis prius tormentis excruciatos, sive (ut modum loquendi ibidem cap. 11. insinuatum huc accommodem) nullis in antecessum γυμνάσμασι fatigatos. Cæterum quæ præcipua fuerit causa perversæ illius cum Christianis agendi rationis, ex Lactantio disce, Institut. lib. 5. cap. 11. & observa insuper, quod in epistolâ sua martyrologica, apud Eusebium libro 5. cap. 1. Lugdunenses memorant, cùm in persecutione Gallicana sub Marco Antonino, Christiani, qui se tales apertè constanterque profitebantur, ob id solum in vincula conjicerentur, *μηδεμιᾶς ἄλλης αἰτίας αὐτοῖς ἐπιφερομένης, nullo alio crimine ipsis objecto*; apostatas, sive qui fidem CHRISTI abnegabant, tamquam homicidii reos (*ἀνθρωποκτόνων ἴσχοντες*) carceri esse datos. Quod quidem peculiare omninò fuit, nec recepto Gentilium mori conveniens; ut qui in votis nihil habere solebant magis, quàm ut abnegationis interventu dimitterentur, qui ob Christianismum erant accusati, velut ex supra dictis patet. KORTH.

Eadem pag. 55.. Δίον — *φαίνηται*] *Justius est occulta de manifestis præjudicare, quàm manifesta de occultis prædamnare* Tertullianus in Apolog. cap. 3. LANG.

Ibidem Κακῶς ζῶντες] Irenæus de Carpocratianis agens, lib. 1. cap. 19. *Ipsi*, inquit, *ad detrectationem divini nominis & Ecclesiæ, quemadmodum & Gentes, à Satana præmissi sunt, uti secundum alium modum, quæ sunt illorum, audientes homines, & putantes, omnes nos tales esse, avertant aures suas à præconio veritatis: aut, ne videntes quæ sunt illorum, omnes blasphement, in nullo eis communicantes, neque in doctrina, neque in moribus, neque in quotidiana conversatione.* Confer quæ idem habet paulò pòst cap. 30. Similiter de iisdem Carpocratianis Epiphanius, hæresi 27. οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ παρεισδυομένοι εἰς τὸ ὄνειδος τοῦ ὀνόματος τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας. ἐπίτηδες γὰρ ἑαυτοὺς ἐπάγουσι τοῖς ἔθνεσι, ἵνα δι' αὐτῶν τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἀφίλεως, καὶ τὸ ἀληθινὸν κήρυγμα, διὰ τῆς ὑπ' αὐτῶν ἀθεμιτουργίας καὶ ἀνοσίου πολυπραγμοσύνης, εἰς τὸ τὰ ἔθνη, πρασσούσης αὐτῶν τὰ ἐπιτηδεύματα ἕρχα τῶν ἀθεμιτουργιῶν νομίσωσιν, καὶ τὰς τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας τοιούτους εἶναι, λοιδορῶσιν, ὡς καὶ ἀσεβοῦντον, τὸν ἀκοὸν λόγον τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος βλασφημοῦντας. *Sunt à Satana subornati ac producti in opprobrium & scandalum Ecclesiæ Dei. Indiderunt enim sibi ipsis cognomen Christianorum, ad hoc, ut Gentes per ipsos offendantur, & sanctæ Ecclesiæ Dei militatem veramque prædicationem propter illorum nefaria facta & incomparabilem improbitatem aversentur, & ut Gentes, ipsorum assiduè nefaria opera considerantes, putent, etiam sanctas Dei Ecclesias tales esse, ac avertant, uti dixi, aures à Dei & veritatis doctrinâ.* Sed & Clemens Alexandrinus, Strom. 3. testatur, quod à dictis hæreticis *ἡ μεγίστη καὶ τοῦ ὀνόματος ὕβρις βλασφημία, maximum contra nomen* CHRISTI *emanaverit probrum.* Eâdem ratione de Gnosticis Eusebius, Histor.

Hist. Eccles. lib. 4. cap. 7. τούτοις συνέβαιν ἀληθέσι χρώμενον τ ἐπιχαρίσασθαι δαίμονα, ᾧ ἀπίστως ἔθνεσι πολλὰν ἀβλαβεῖαν κ τῷ θείῳ λόγῳ δυσφημίαν ἀφευρεῖσθαι, τῆς ἐξ αὐτῶν φήμης εἰς τὸ τῆ τοῦτο χρεωμένων ἔθνεσ ἀληθῶλον κατασκευάσης. *His ministris usus malignus ille dæmon, — Gentibus à fide nostra alienis amplam obtrectandi & calumniandi Evangelii materiam subministravit; dum ab illis primum orta infamia ad totius Christiani nominis opprobrium diffunderetur.* Adde quæ de Menandro hujusque assectis in eundem sensum idem scribit Eusebius libro 3. cap. 27. & vide insuper hæc Origenem contra Celsum lib. 1. 3. 6. 7. KORTHOLT.

Eadem pag. 55. Κατηλίγειν] *Sed dicet aliquis, etiam de nostris excedere quosdam à regula disciplinæ. Desinunt tum Christiani haberi penes nos.* Tertullianus in Apolog. cap. 45. LANG.

Ibidem, Καὶ γὰρ τὴν φιλοσοφίας ὄνομα] Origenes lib. 2. contra Celsum: ὥσπερ ἡ Φιλοσοφίας ἐγκλημα ἐστι Σοφισταὶ, ἢ οἱ ἅπαξ ποτ' ἂν δόξαν οἱ ψεύδεσθαι δεξάμενοι· ὅτως ὁ τῆ ἀληθῆ Χριστιανισμὸν ἐγκλημα οἱ μαχαιροφόροντες τὸ Εὐαγγέλιον, κ αἱρέσεις ξένας εἰσαγάγοντες τῆ βελτίστη τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας. *Quemadmodum nihil ad Philosophiæ crimen facit Sophistarum, Epicureorum, Peripateticorum, aut quorumcunque falsa dogmata profitentium turba; sic in verum Christianismum non cadit crimen depravantium Evangelia* (Marcionitarum, Valentinianorum, Lucianistarum) *novasque sectas in Jesu doctrinam introducentium.* Idem libro 5. ἴσασιν τινες ἐπιπλοκάδρου εἶναι Γνωστικοὺς, ἀνάλογον τοῖς ἑαυτὸς ἐπιγραφόντα Φιλοσόφους ἐπικαφείοις· ἀλλ' ὅτι οἱ τῶν ἀφανεστάτων ἀναιρέσεις φιλόσοφοι εἰσὶν ἢ ἀληθῶς, ὅτι οἱ τὰ ἀλλόκοτα ἀναπλάσσοντες κ μὴ ἀρέσκοντα τοῖς τῆς λόγ τῆ Ἰησοῦ ἀληθείας ἐπεισαγάγοντες, εἰσὶν οὐ Χριστιανοί. *Sunt nonnulli, qui Gnosticorum nomine novam quandam scientiam polliceantur: quemadmodum aliqui se nominant Epicureos Philosophos. Attamen nec qui providentiam tollunt, germani erunt Philosophi; nec isti, qui absurda & Jesu discipulis improbata dogmata introducunt, Christiani unquam fuerint.* Et libro 6. ὥσπερ ἡ κρῆναι τοῖς τὰ Πλάτωνος φιλοσοφοῦσι λόγιος ὡσὶ Ἐπικούρου κ τῶν αὐτοῦν αὐτὰ δογμάτων ὅτως ἐδ' ἡμῖν ἀρεστὸν ἢ ὃ τῆ ἀληθεύμασιν, κ τῶν κατ' αὐτὸ λεγομένων τὸ Κίλσου. *Quemadmodum Platonicorum non est, causam pro impiis Epicuri dogmatis dicere: ita nec nostrum est, respondere ad ea, quæ in Ophianorum habentur diagrammate* (nempe de hoc suprà egerat) *quæque inde objicit Celsus.* Eodem pertinet, quod Justinus noster ait in Dialogo cum Tryphone: qui Christianorum nomen sibi arrogant, cùm interim veram CHRISTI fidem nequaquam teneant, non magis pro genuinis Christianis esse habendos, quàm genuini Judæi sint Geniſtæ, Meriſtæ, similesque inter Hebræos sectarii, tametsi Judæos se Abrahæque filios nuncupent. KORTHOLT.

Ibidem, σὺν ἐφέρετο αὐτὸς ὀμῶν] Vide hæc quæ notavimus in Paræneſin, ad verba: εἰ δὲ τὰς ποιηταὶς παρεγγυᾶσθαι λέγει. KORTHOLT.

Ibidem, Ὅτι δὲ Σωκράτης] Cùm Socrates ab Athenienſibus, ut ex aliquo superiore loco præcipitaretur, damnatus esset, & vicem ejus plorans doleret Xantippe uxor, & diceret: O Socrates, quàm iniquè morte mulctaris: Tu ergo, inquit, merito meo me mulctari velis? *Propterea damnatus est Socrates, quia deos destruebat. Planè olim, id est, semper, veritas odio est. Tamen cùm pœnitentia sententiæ Athenienſes & criminatores Socratis postea afflixerit, & imaginem ejus auream illi in templo collocarint; rescissa damnatio testimonium Socrati reddidit.* Tertull. cap. 14. in Apolog. *Quòd si justiciæ defensionem vel ipse Plato, vel quilibet alius implere voluisset, in primis religiones deorum evertere debuit, quia contrariæ sunt pietati. Quod quidem Socrates quia facere tentavit, in carcerem conjectus est: ut jam tunc appareret, quid esset futurum his hominibus, qui justiciam ve-*

ram

ram defendere, Deoque singulari servire cæpissent. Lactant. lib. 5. cap. 15. Cogita Lector pie, an hæc verba in tempora nostra quoque quadrent. LANG.

Pagin. 56. Ἄφρονες κεκλήμεθα] Arnobius libro 1. contra Gentes: *Quid, ô participes rationis, audeis homines proloqui? quid effutire, quid promere temerariæ vocis desperatione tentatis? Deum principem, rerum cunctarum, quæcumque sunt, Dominum, summitatem omnium summorum obtinentem, adorare, obsequio venerabili invocare, in rebus festis, totis, ut ita dixerim, sensibus amplexari, amare, suspicere, execrabilis religio est & insanissima, impietatis & sacrilegii plena, cerimonias antiquitus instituta novitatis suæ superstitione contaminans? Hoccine est, quæso, audax illud facinus & immane, propter quod maximè Cœlites aculeos in nos intendunt iratum atque indignationum suarum? propter quod vos ipsi, cùm libido incesserit sæva, exanimia nos bonis, exterminatis patriis sedibus, irrogatis supplicia capitalia, torquetis, dilaceratis, exuritis, & ad extremum nos feris & bestiarum laniatibus objectis?* Eodem pertinet, quod Clemens Alex. sub initium libri Stromat. 7. Paganos reprehendit: μόνην δὲ ἡμᾶς ἀπηλλάχθαι τῆς αὐτῆς θεοῦ ἐγνωκόσιν. Et paulo post quærit: ὁ θεὸν πιστεύων ἔνιος πανπονηρος, πῶς τὸν θεὸν μυσταῖς πεσὼ τὸ μισοπονηρῶ πυθὸς αὐτῶ ὁμολογῶν, πῶς ἔτ' ἄθεος; *Cui persuasum, Deum esse omnipotentem, quique divina mysteria didicerit à filio ejus unigenito, quomodo is fuerit impius?* Spectant item huc illa Athenagoræ in Apologia: πῶς οὖν ἂν λογίσαιτο, λέγοντας, θεὸν πιστεύειν, καὶ υἱὸν θεοῦ, καὶ πνεῦμα ἅγιον, δεικνύοντας αὐτῶν καὶ τὴν σύ τῆ ἑνώσει δύναμιν, καὶ τὴν ἐν τῆ τάξει διαίρεσιν, ἀκούοντας ἀθέους καλουμένους; Sed de Atheismi Christianis objecto crimine plura dicimus ad laudatam Athenagoræ Apologiam, verb. ἀθεότητα. KORTHOLT.

Ibidem Οὐ τρόπον οὐ ὀλίγοι] Augustinus epist. 56. *Si qua nunc erroris secta contra veritatem, hoc est, contra Ecclesiam CHRISTI, emerserit, nisi nomine cooperta Christiano ad pugnandum prosilire non audet.* Et deinde: *Videmus, nullum jam errorem se audere extollere ad congregandas sibi turbas imperitorum, qui non Christiani nominis velamenta conquirat.* Rursum: *Qui in unitate atque communione Catholica non sunt, Christiano tamen nomine gloriantur.* Similiter in Dialogo cum Tryphone Justinus noster monet, esse qui Christianos se profiteantur, neque tamen CHRISTI amplectantur dogmata, sed τὸ λόγο τῆς πλάνης πνεύματον. Et paulo post ait: τὰς λεγομένας μὲν Χριστιανὸς, ὑπὸ δὲ ἀθέων καὶ ἀσεβῶς αἱρετιστὰς, καὶ πάντα πλάσφημα, καὶ ἄθεα, καὶ ἀνόητα ὀνόματα. Item, ἀπὸ τῶ τ' Ἰησοῦ σύσεν, ὀνόματα μόνον ὁμολογοῦν. De talibus verè usurpes illa Tertulliani, lib. 1. ad Nat. cap. 5. *Seducunt nomen sive professionis præstantia, quæ superficie vocabuli insamant veritatem. Non flatim sunt, quæ dicuntur: sed quia non sunt, frustra dicuntur, & fallunt eos, qui rem nomini addicunt, cùm de re stamus nominis competat. Et tamen ejusmodi neque congregant, neque participant nobiscum.* Adde quæ notamus infrà ad verba, Χριστιανοὶ καλούμεθα. KORTHOLT.

Eadem pag. 56. Τὰς περὶ τῶν κρεῶν ἀξιώσεις] *Dicimus sceleratissimi de Sacramento infanticidii, & pabulo Jude,* (inde.) *& post convivium incesti: quod everso rumen luminum cæcos lenones scilicet tenebrarum; & libidinum impiarum inverecundia procuret. Dicimus tamen semper; nec vos quamdiu dicimus, eruere curatis. Ergo aut erudite, si creditis: aut nolite credere, qui non eruditis.* Tertull. in Apol. c. 7. LANG. Athenagoras in Apologiâ: ὁ τὸ κατηγορούμενον ἐξετάζειν δίκαιος, τὸ δὲ ἀνόμως συκοφαντεῖν ἐγκλήματος. *Examinetur accusatorum vita, nomen ne culpam.* Refer huc quæ notata in Apologiam 1. ad verba: μήτε μοιχοὶ. KORTHOLT.

Ibidem Οὐ γὰρ τοὺς κατηγορουμένους κολάζων] De Tiberio Cæsare, quod periculum comminatus sit delatoribus Christianorum, Tertullianus annotat Apolog. cap. 5. ibidemque de M. etiam Antonino refert, quod post impetra-

tam

tam in bello Marcomannico precibus legionis fulmineæ pluviam, Christianorum accusatoribus damnationem, & quidem tetriorem, constituerit. Extatque lex, qua pœna capitis in eos sancitur, qui Christianos in judicium detulissent, apud Eusebium Histor. Eccles. lib. 4. cap. 13. his concepta verbis: εἴ τις ἐπιμένοι πρὸς τοῦτον εἰς παράγματα φέρων ὡς δὴ τοῦτο, ὀπάτω ὁ κατηγορούμενος ἀπολελοῦσθαι τῆς ἐγκλήματος, καὶ ἐὰν φαίνηται τοῦτο ὄν, ὁ δὲ κατηγορῶν, ἐπὶ ξύλου δίκης. *Si quis adhuc pergit cuiquam illorum* (Christianorum) *negotium facessere ex eo, quod Christianus sit, delatus quidem crimine absolvatur, tametsi constiat, eum reipsa Christianum esse; delator autem ipse pœnas luat.* Ut certè gravissimas luit infelix ille Deorum vindex, qui, cum Apollonium Romæ detulisset, suffractis cruribus periit, eodem narrante Eusebio, lib. 5. cap. 21. KORTHOLT.

Pag. 57. Τῇ δὲ ἀιωνίᾳ καὶ κρείττονι βίᾳ ἐπειγομένοις] Prudentius adverſ. Symmach. lib. 2.

At nobis vitæ Dominum quærentibus, unum
Lux iter est, & clara dies, & gratia simplex.
Spem sequimur, gradimurque fide, fruimurque futuris:
Ad quæ non veniunt præsentis gaudia vitæ,
Nec currunt pariter capta & capienda voluptas. LANG.

Eadem pag. 57. Τί δὲ δεῖ εἰδέναι ὑμῖν λέγειν &c.] S. Romanus apud Prudentium:

Quid imprecabor officinis Græcie,
Quæ condiderunt gentibus stultis Deos?
Forceps Myronis, Polycleti malleus,
Materia vestrorum est origo cœlitum.
Miror, quòd ipsum non sacratis Mentorem,
Nec templum & aras ipse Phidias habet,
Fabri deorum vel parentes Numinum.
Qui si caminis institissent segnius,
Cùm condiderunt gentibus stultis deos,
Non esset ullus Juppiter conflatilis. LANG.

Ibidem Ἀ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται ἀφαιροῦσιν] Eleganter, ut solet, Arnobius, libro 6. adversus Gentes: *Simulacra ista, quæ vos terrent, quæque templis in omnibus prostrati atque humiles adoratis, ossa, lapides, æra sunt, argentum, aurum, testa: lignum sumptum ex arbore, aut commixtum glutinum gypso: ex ornatibus fortasse muliebribus, aut ex muliebri mundo, camelinis ex ossibus, aut ex Indici animalis dente, ex caccabulis, ollulis, ex candelabris, ex lucernis, aut ex aliis obscænioribus vasculis congesta, conflata, in has species ducta sunt, atque in formas, quas cernitis, exierunt; fornacibus incocta figulinis, ex incudibus & malleis nata, tornis rasa, dolcobinata de limis; serris, perforaculis, asciis, secta, dolata, effossa; terebrarum excavata vertigine, runcinarum levigata de planis. Ita iste non error est, non, ut propriè dicatur, amentia, Deum credere, quem tute ipse formaris? Supplicare tremebundum fabricatæ abs te rei? & cum scias, & certus sis, tui esse operis, & digitorum ariem, pronum in faciem ruere, opem rogare suppliciter, adversisque in rebus atque in temporibus asperius propitii Numinis favorem succurrere?* Confer quæ idem habet libro 1. & vide præterea hanc in rem Justinum nostrum epist. ad Diognetum, Athenagoram in Apologiâ, Theophilum Antiochenum lib. 2. ad Autolycum, Minucium Felicem in Octavio, Tertullianum Apolog. cap. 12. Origenem contra Celsum lib. 7. cap. 2. 4. 17. 18. Clementem Alexandr. in Protreptico, & lib. 7. Stromatum, Athanasium orat. contra Gentes, Prudentium in Vincentio

centio & Romano, Chryſoſtomum in Geneſ. homil. xxxvii. & in Eſ. ii. Hieronymum in Eſ. xliv. Auguſtinum in Pſ. lxxx. lxxxv. cxiii. & lib. 8. de Civ. Dei, cap. 23. Theodoritum in Pſ. cxiii. Philonem lib. de vita contemplativa, Tibullum lib. i. Eleg. 10. Propertium lib. 2. Eleg. 4. item Pſ. cxv. 4. ſeqq. cxxxv. 15. ſeqq. Iſ. xliv. 9. ſeqq. Sap. xv. 13. ſeqq. KORTHOLT.

Pag. 58. Οὐ δίκαζ τῆς παρὰ ἀνθρώπων ὑλικῆς θεοσφορεῖς] De hoc argumento fusè præ cæteris differunt Arnobius libro contra Gentes 7. & Clemens Alexandr. Strom. 7. Vide etiam Juſtinum noſtrum orat. ad Græcos, & epiſt. ad Diognetum, Athenagoram in Apologia, Julium Firmicum de errore profan. Religg. Origenem contra Celſum lib. 3. Gregorium Nazianz. in Julianum orat. 1. Theodoritum Therapeut. lib. 3. Lucianum de Sacrificiis, Porphyrium περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 2.

Ibidem, Ἐκείνης δὲ θεοσδέκτους] Ita Clemens Alexandrinus Strom. 7. ubi dixiſſet, Deo offerendas eſſe θυσίας μὴ πολυτελεῖς, ἀλλὰ θεοφιλεῖς, addit mox, illa ſacrificia conſiſtere in καθαρᾷ τῇ νῷ, δικαίᾳ τῇ ὀρθῇ τῇ πολιτείᾳ. Sicuti ſuprà ſcripſerat, ſacrificia Deo grata eſſe, φιλανθρωπίαν, θεοσέβειαν, ἄνθρωπον κεχρεῖαν. Tertullianus libro ad Scapulam cap. 2. *Sacrificamus*, ait, *quomodo præcepit Deus, purâ prece.* Eodem tendunt quæ Auguſtinus diſſerit, lib. 10. de Civ. Dei, cap. 4. *Verum ſacrificium eſt omne opus, quod agitur, ut ſanctâ ſocietate inhæreamus Deo, relatum ſcilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati eſſe poſſimus. — Ipſe homo, Dei nomini conſecratus, & Deo devotus, in quantum mundo moritur, ut Deo vivat, ſacrificium eſt. — Corpus etiam noſtrum cùm per temperantiam caſtigamus, ſi hoc, quemadmodum debemus, propter Deum facimus, ut non exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ſed arma juſtitiæ Deo, ſacrificium eſt. — Si ergò corpus, quo inferiore tanquam famulo vel tanquam inſtrumento utitur anima, cùm ejus bonus & rectus uſus ad Deum refertur, ſacrificium eſt; quanto magis anima ipſa, cùm ſe refert ad Deum, ut, igne amoris accenſa, formam concupiſcentiæ ſecularis amittat, eique tanquam incommutabili formæ ſubdita reformetur, hinc ei placens, quod ex ejus pulchritudine acceperit, ſit ſacrificium?* Sed & Minucii Felicis Octavius: *Hoſtias*, ait, *& victimas Domino offeram, quas in uſum mei protulit, ut rejiciam ei ſuum munus? Ingratum eſt: cum ſit litabilis hoſtia, bonus animus, & pura mens, & ſincera conſcientia. Igitur qui innocentiam colit, Domino ſupplicat: qui juſtitiam, Deo libat: qui fraudibus abſtinet, propiciat Deum: qui hominem periculo ſubripit, optimam victimam cædit. Hæc noſtra ſacrificia, hæc Dei ſacra ſunt.* Confer Rom. xii. 1. KORTHOLT.

Pagin. 59. Δημιουργῆσαι αὐτὸν ἐξ ἀμόρφου ὕλης] Sin vertendum & legendum ſit, ut exemplar Græcum habet, omnia Deum in principio ex informi materia condidiſſe; non aliter id accipiendum erit de materia, quàm Auguſt. cap. 1. lib. 1. de Mirabil. Scripturæ ſcripſit, quòd eam ipſe prius ex nihilo condiderit Deus. Et fortaſſe S. Juſtino in Chriſtianiſmo adhuc ea adhæſit, quam in Platoniſmo imbiberat, de materia opinio. *Deum magis decuit ex voluntate feciſſe, quam ex neceſſitate: id eſt, ex nihilo potius quàm ex materia. Et tanto magis ex nihilo videtur operatus, quanto nihil adhuc erat factum. Et ſicut Scriptura ea quæ de aliquo prolata ſunt, oſtendit unde prolata ſint: ita quæ non oſtendit unde prolata ſint, ex nihilo prolata confirmat. In principio Deus fecit cœlum & terram. Adoro ſcripturæ plenitudinem, qua mihi factorem manifeſtat, & facta. In Evangelio verò ampliùs & miniſtrum atque arbitrum rectoris invenio Sermonem* (τὸν λόγον.) *An autem de aliqua ſubjacenti materia facta ſint omnia, nuſquam adhuc legi.* Tertull. adverſ. Hermog. *Noſtra veritas omnia Deum ex nihilo protuliſſe confidit.* Idem lib. 5. adv. Marcion. *Omnipotens Deus univerſam creaturam de nihilo fabricavit.* Auguſt. Lib. de Agon. Chriſt. cap. 22. *Hæc ſapientiæ tuæ altitudo, quæ*

mundum non è præcedente materia, sed solo verbi tui condidisti imperio. Cyprianus. *Decet hoc Deum, ut ea quæ ab ipso facta subsistiterunt, non ex subjectis, & ex non existentibus, per exornationem pro eo atque vult transformet. Græcorum pueri materiam quandam Deo contemporaneam celebrant: Veritas autem habet, unum esse quod facit, in una Trinitatis perfectæ essentia, non juxta conjunctionem (συναλειφὴν) numerandæ; alia autem omnia genita & creata, non ingenita.* Epiphan. contr. Aet.

Quis cumulare potest epulas in grandia parvas? Joan. VI.
Quis? nisi qui corpus, pastumque & corporis omnem Matth. XIV. 15.
Condens ex nihilo, nullâ existente creavit
Mundum materiâ? non sicut Sculptor ab æris
Rudere decoctam consuescit vivere (fingere) massam.
Sed Deus omnipotens orbem sine semine finxit.
Nil erat omne quod est, nil: id procedere & esse,
Atque novum fieri, mox & grandescere jussum est.
Parvum de nihilo primum fecit: addita parvo
Incrementa modis auxerunt omnia plenis. — Prudent. in Apotheos.

Socrates atque Plato Philosophi, ex subjecta materia omnia condita esse sunt opinati (cui tamen errori renunciasse Platonem, scripsit Epiphanius, sicut suprà annotavi in Justini Paræneſ. ad Græcos p. 63.) *coæternam eam Deo esse, & autorem ejus Deum nominantes. Minimè autem malam esse statuerunt, secundum Marcionis & Manetis impietatem. Maximam namque blasphemiam Philosophi illi esse deputant; Deum dicere malorum conditorem. Artes quidem humanæ materiâ indigent subjectâ; Deus autem in creatione sua minimè: qui & ex existentibus, & ex non existentibus creat, sicuti Moses, qui mundi constitutionem (κοσμοποιΐαν) scripsit, docet. Sane quidem cœlum & terram, & elementa alia, ex non existentibus fecit.* In principio, *inquit*, fecit Deus cœlum & terram. *Et lucem itidem ex non existentibus condidit; firmamentum autem ex jam factis produxit:* Fiat, *ait*, firmamentum in medio aquæ, & dividat aquas ab aquis. *Semina quoque germinantia è terra pullulascere jussit:* Germinet, *dicens*, terra herbam graminis, seminantem semen juxta genus & similitudinem, lignum item fœcundum fructum ferens, cujus semen in ipso sit, secundum cujusque genus in terris. *Ad eundem modum & irrationalium animantium produxit genera; ex aquis quidem volatilia cœli, & quæ in aquis vivunt, & quæ vocantur amphibia:* Producant, *inquit*, aquæ viventium animarum reptilia & volatilia sub firmamento cœli; *è terra autem quadrupedia & reptilia.* Producat, *inquit*, terra animam viventem, quadrupedia, reptilia, & jumenta. *Porro hominem ex existentibus & ex non existentibus fecit, è terra pulvere accepto corpus fingens, animam verò ex non existentibus creans. Non enim est anima juxta impiam Marcionis (& item Manichæi) rationem, factori suo Deo consubstantialis, sed ex non existentibus est condita.*

(— *Desine nostræ*
Irridiam conflare animæ, quòd sit Deus, aut quòd
Portio parva Dei. — Prudent ubi supra)

Facillimè enim quæ vult facit Deus. Non enim jam conditis rebus Dei potentiam metiri convenit, quibus consentanea alia quam plurima illi producere proclive est. Id quod divinus ostendit Davvid (Psalm. CXIII. 3.) Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit. *Non dixit, quæcunque potuit; sed quæcunque voluit. Æqualem enim habet voluntati facultatem. Ex nihilo creata esse universa, illud quoque testatur (Hebr. XI. 2.)* Fide intelligimus aptata esse sæcula, ut ex non apparentibus visibilia fierent. *Et rursum (Rom. IV. 17.)* Vocans non existentia, tanquam existant. *Et*, vidit Deus cuncta quæ fecerat, & ecce erant valde bona. *Nihil enim eorum quæ à Deo facta sunt, naturâ malum est.* Theodorit. in Epitom. divin. dogmat

Sed

Sed fuit id quondam nobis Sanctumque bonumque,
Principio rerum Christus cùm conderet orbem.
Vidit enim Deus esse bonum, velut ipse Moyses
Historicus mundi nascentis testificatur. Prudentius in Hamartig. LANG.

Pag. 59. Ἀναμέσον τῶν ἐ πεφρονηκότων] *Dei perennis nomen asserentibus,*
Nil est pavori: mors & ipsa subjacet.
Cur quod necesse est, non voluntas occupat?
Natura cur non vertit in rem gloriæ? Prudentius. LANG.

Pag. 59. Σύμμαχοι ὡσὶ εἰρήνην] *Pauciores hostes habetis præ multitudine Christianorum, pene omnium civium, pene omnes cives Christianos habendo. Sed hostes malusti vocare generis humani.* Tertull. in Apolog. cap. 37. LANG.

Pag. 59. Εἰ γὰ ὁι πάντες ἄνθρωποι ζῶντα ἐγίνωσκον] *Discite, si quid vobis reliquæ mentis est, homines ideo malos & injustos esse, quia dii colluntur: & ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingravescere, quia Deus hujus mundi effictor & gubernator derelictus est, quia susceptæ sunt contra quàm fas est, impiæ religiones; posiremò, quia ne coli quidem, vel à paucis, Deum sinitis. Quòd si solus Deus coleretur, non essent dissensiones & bella: cùm scirent homines unius se Dei filios esse, ideoque divinæ necessitudinis sacro & inviolabili vinculo copulatos; nullæ fierent insidiæ, cùm scirent cujusmodi pœnas Deus animarum interfectoribus præparet, qui clandestina scelera, & ipsas etiam cogitationes prævidet. Non essent fraudes, neque rapinæ, si Deo præcipiente didicissent & suo & parvo esse contenti; & fragilibus & caducis solida & æterna præferrent. Non essent adulteria, & stupra, & mulierum prostitutiones, si omnibus notum esset damnari à Deo, quicquid appetitur ultra generandi cupiditatem. Nec fœminam necessitas cogeret pudorem suum profanare, ut victum sibi obscœnissimum quærat: cùm & mares libidinem contemnerent, & habentium pia & religiosa collatio non habentibus subveniret.* Lactant. lib. 5. cap. 8. *Ubique adest Deus, omnia audit, omnia videt, non facta modo & dicta, sed etiam quæ in cordibus latent cuncta, & in mentis profundo.* Chrysostomus. LANG.

Pagin. 60. Ἀνενδεῆ αἱμάτων] Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 7. ἐ θύομεν εἰκότως ἀνενδεῖ τῷ Θεῷ, τῷ τὰ πάντα τοῖς πᾶσι παρεχομένῳ· ἢ δὲ ὑπὲρ ἡμῶν ἱερεύομένη δεξάζομεν, σῴας αὐτὰς ἱερεύοντες, εἰς τε τὸ ἀνενδεὲς ὄν τῷ ἀνενδεῖ. *Meritò Deo non sacrificamus, qui nullius indiget, & omnia præbuit hominibus; sed eum glorificamus, qui est pro nobis sacrificatus, nos ipsos sacrificantes ad id, quod est nullius indigens, ex eo quod nullius indiget.* Et rursum: εἰ πιμώμενον χαίρει, φύσει ἀνενδεὲς ὑπάρχον, ὃσκ ἀπεικότως ἡμεῖς δὲ ἐνεργῆς πιμῶμεν τὸν Θεὸν, τῇ τούτου τὴν ὑσίαν ἀεὶ σῳζομένῃ τῇ ἀγωτάτῃ μὴ δικαιοσύνῃ ἀναπίμποντες. *Si gaudet honorari, cùm naturâ nullius indigeat, non absre nos Deum precibus honoramus, & hoc sacrificium optimum ac sanctissimum cum justitia emittimus.* Lactantius Institut. lib. 6. cap. 25. *Apud istos, qui nullo modo rationem divinitatis intelligunt, donum est, quidquid auro argentoque fabricatur, item quidquid purpurâ & serico texitur; sacrificium est victima, & quæcunque in ara cremantur. Sed utroque non utitur Deus; quia & ipse incorruptus est, & illud totum corruptibile. Itaque Deo utrumque incorporale offerendum est, quo utitur. Donum est integritas animi; sacrificium, laus & hymnus.* Ac paulò pòst: *Omnium quæcunque sunt, plenus est Deus, & omnium minimè indigens. Nos verò gratias agentes adoremus. Hujus sacrificium sola benedictio rectè est. Verbò ergo sacrificari oportet Deo; siquidem Deus Verbum est, ut ipse confessus est. Summus igitur colendi Dei ritus est, ex ore justi hominis ad Deum directa laudatio.* Irenæus lib. 4. cap. 34. *Quemadmodum Deus non indiget eorum, quæ à nobis sunt, sic nos indigemus offerre aliquid Deo. — Et ideo nos quoque offerre vult munus ad altare frequenter sine intermissione. Est ergo altare in cœlis; illuc enim preces*

noſtræ & oblationes noſtræ dirigantur. Quibus poſtremis planè geminum illud Gregorii Nazianzeni orat. 42. in Paſcha: Θύσωμεν τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως ἐπὶ τὸ ἄνω θυσιαστήριον, μετὰ τῆς ἄνω χορεστασίας. *Deo in ſupremo altari cum cœleſtibus choris ſacrificium laudis immolemus.* Porro & Tertullianus, libro ad Scapulam cap. 2. *Sacrificamus pro ſalute Imperatoris: ſed Deo noſtro & ipſius: ſed, quomodo præcepit Deus, purâ prece. Non enim eget Deus, conditor univerſitatis, odoris aut ſanguinis alicujus.* Idem libro adverſus Judæos cap. 5. quod *non terrenis, ſed ſpiritualibus Deo litandum ſit,* & quidem *ſacrificiis ſpiritualibus laudis,* Scripturæ ſacræ teſtimoniis oſtendit. Ac libro 3. contra Marcionem cap. 22. Sacrificia Deo offerenda, eſſe dicit, *gloriæ relationem, benedictionem, laudem & hymnos.* Rurſumque libro 4. contra eundem, cap. 1. offerendum Deo eſſe docet *ſacrificium mundum, ſcilicet ſimplicem orationem de conſcientiâ purâ;* item *orationem & actionem gratiarum, apud Eccleſiam, per CHRISTUM JESUM, Catholicum Patris Sacerdotem.* Quomodo & Origenes ſcribit in Roman. 1. quòd Deo debeamus *ſacrificium laudis offerre, per JESUM CHRISTUM, velut per Pontificem magnum.* Qui ipſe etiam Origenes, obviam iturus Celſo, Chriſtianis, quod nullas haberent aras, exprobranti, libro contra eundem 8. non videre eum dicit, ὅτι βωμοὶ μὲν εἰσὶν ἡμῖν τὸ ἐκάστου τῆς δικαίων ἡγεμονικὸν, ἀφ' ὧν ἀναπέμπεται ἀληθῶς τῷ νοητῶς ἐυόδη θυμιάματα, εὐσεβοψυχιὰ καὶ συνειδήσεως καθαρᾶς, *pro aris nobis* Chriſtianis *eſſe ſuam cuique mentem, ex qua ſurſum feruntur verè ac intelligibiliter ſuaveolentes ſuffitus, preces è pura conſcientia.* Quod hoc modo exprimit Stromat. 7. Clemens Alexandrinus: βωμὸν ἀληθῶς ἅγιον τὴν δικαίαν ψυχὴν, ἀφ' ἧς τὸ ἀπ' αὐτῆς θυμίαμα τὴν ὁσίαν ἐυχὴν λέγουσι ἡμῖν ἀπισταμεναι; *Aram verè ſanctam eſſe juſtam animam, & quæ ab ea emittitur, ſuffitum, ſanctam orationem, nobis dicentibus, num credent* Gentiles? Auguſtinus in Pſ. XCIV. *Ara Dei anima noſtra eſt. Sacrificium Dei quid eſt? Imponimus in aræ ſacrificium, quando Deum laudamus.* In eandem ſententiam Gregorius Nyſſenus libro de vita Moſis, de Eccleſia loquens: ἐν ταύτῃ, inquit, τῇ σκηνῇ θυσία τῆς αἰνέσεως, ἡ θυμίαμα τῆς εὐσεβείας, ἡ τῷ ὄρθρῳ καὶ τῇ ἑσπέρᾳ ἐπεγειμένη ἀεὶ πανθῶς καθορᾶται. *In hoc tabernaculo & laudis victima, & ſuffitus precum mane ac veſperi offerri ſemper conſpicitur.* Sed & Hieronymus, locum Malach. I. 10. 11. interpretans, prædixiſſe Prophetam ait, *carnalibus victimis ſpirituales ſucceſſuras: & nequaquam taurorum hircorumque ſanguinem, ſed thymiama, hoc eſt, ſanctorum orationes, Domino offerendas.* Quod ipſum etiam circa locum hunc monet Euſebius Demonſtr. Evangel. lib. 1. cap. 6. cujus quoque videatur heic caput 10. item lib. 3. cap. 4. & 5. Conſer Pſ. L. 14. CXL. 2. Hoſ. XIV. 3. Hebr. XIII. 15. Apocal. V. 8, VIII. 3. inſuperque adde, quæ habet Athenagoras in Apologia (ubi ſacrificium præſtantiſſimum ait eſſe, ſi quis Deum, univerſi hujus conditorem & conſervatorem, rectè agnoſcat ac invocet) Origenes in Numer. homil. 23. Cyprianus lib. 1. contra Judæos cap. 16. Ambroſius epiſt. 28. Auguſtinus lib. 20. contra Fauſtum circa finem, Cyrillus lib. 9. & 10. adverſus Julianum, Theodoritus Θεραπευτ. lib. 7. Prudentius in Romano. KORTH.

Pag. 59. Ἐκείνῳ δὴ ἐυχαριστεῖν ὄντως] *Offerre oportet Deo primitias creaturæ ejus, ſicut & Moyſes ait:* Non apparebis vacuus ante conſpectum Domini Dei tui, &c. *Et quoniam cum ſimplicitate Eccleſia offert, juſtè munus ejus purum ſacrificium apud Deum deputatum eſt, quemadmodum & Paulus Philippenſibus ait:* Repletus ſum, poſteaquam accepi ab Epaphrodito, quæ à vobis miſſa ſunt, odorem ſuavitatis, hoſtiam acceptabilem, placentem Deo. *Oportet enim nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inveniri fabricatori Deo: in ſententia (γνώμῃ ſeu invoiæ) pura & fide ſine hypocriſi, in ſpe firma, in dilectione ferventi, primitias earum quæ ſunt ejus creaturarum offerentes. Hanc oblationem Eccleſia ſola offert fabrica-*

fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura ejus. Judæi autem jam non offerunt, manus enim eorum sanguine plenæ sunt: quia non receperunt verbum per quod offertur Deo. Sed neque omnes hæreticorum Synagogæ. Irenæus lib. 4. cap. 34. *Omnis Christianus procuras ad Missarum solennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam quod Deus per Mosen dixit: Non apparebis in conspectu meo vacuus.* De Consecr. distinct. 1. *Deo charissimum Sacrificium est, opus justum.* Lactant. libr. 6. cap. 12. LANG.

Eadem pag. 60. *Μανίαν ἡμῶν καταφαίνοντες*] Sic *insania* Paganis fides nostra dicitur apud Cyprianum, sub finem libri ad Demetrianum, *amentia* apud Plinium Juniorem, lib. 10. epist. 97. *dementia*, apud Tertullianum Apolog. cap. 1. 27. & Minucium Felicem in Octavio; ubi insuper *furiosa* appellatur *opinio*: quemadmodum in actis Martyrum Scillitanorum, apud Baronium ad ann. CCII. *furoris insipientia.* Sed & *μανία* eadem audit idololatris apud Theophilum Antiochenum ad Autolycum lib. 2. 3. *stultitia* apud Minucium in Octavio, Lactantium lib. 7. cap. 28. Rutilium lib. 1. Itinerarii. Junge quæ notamus infrà, ad verba: *εἰ δὲ λῆρος.* Cæterùm rectissimè Gregorius Nyssenus Orat. de Theodoro Martyre: *Μανίαν οἱ ἐκφρονες τὴν σωφροσύνην ἐκάλουν, ἔκστασιν δὲ τὴν πρὸς θεὸν τὴν εὐλάβειαν ὥσπερ ὅταν οἱ μεθύοντες τὸ ἴδιον πάθος τοῖς νήφουσιν ἐνεδίζωσιν. Insaniam dementes sanitatem mentis vocabant, alienationem verò mentis & vecordiam pietatem: quemadmodum fit, cùm ebrii suam affectionem sobriis objiciunt.* Et Lactantius Epitomes cap. 1. *Nihil ad nos attinet, quid judicent stulti, quid homunculi sentiant. Nos judicium Dei exspectare debemus, ut nos postmodum, qui de nobis judicaverint, judicemus.* Quemadmodum sub finem lib. 3. Institutionum ostensurum se pollicetur idem, *stultitiam, quam nobis Deorum cultores objectare non desinunt, ut nullam penes nos, sic totam penes ipsos esse.* Et certè *insaniam, dementiam, stultitiam*, toties Gentilibus in libris suis objicit, quem dixi, Lactantius, ut pigeat loca adscribere. Similiter *ridiculam dementiam, impiissimam insaniam, desipientiam cæcam, stultam dementiam, μωρίαν, μανίαν, ἄνοιαν, ἀλογίαν, ἀσυνεσίαν, ἀναισθησίαν, ἐμπληξίαν, παραφροσύνην, ἀμαρτησίαν*, à Tertulliano, Cypriano, Arnobio, Minucio, Prudentio, Augustino, Theophilo Antiocheno, Hermia, Clemente Alexandr. Origene, Athanasio, Eusebio, Chrysostomo, Cyrillo Alexandr. Theodorito, passim iis exprobrari videas. Et quis hoc fieri miretur à Christianis? cùm ex ipso Ethnicorum cœtu Lucianus, in de Sacrificiis, *ἀθελητηρίαν* idololatris suis apertè tribuat, & adeò inepta esse dicat illorum sacra, ut *postilare videantur, non qui reprehendat; sed vel Heraclitum aliquem, vel Democritum: quorum heic amentiam (ἄνοιαν) eorum rideat, ille insciiam (ἄγνοιαν) deploret.* Confer quæ annotavimus in Paræneſin, ad verba: *ἐδὴν ἄδοντες ἐλέγχοντες.* KORTHOLT.

Pagin. 61. *Ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι δίδυσιν ἡμᾶς λέγοντες*] Etiamsi fidei Christianæ mysteria generatim omnia ut *μωρίαν* & *μωρίαν* rideret *οἱ ἔξω*, speciatim tamen ac inprimis stolidum ipsis fatuumque videbatur, quòd CHRISTUM colerent crucifixum religionis nostræ affectatores. Nempe secundum illud Apostoli: *κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρίαν*, 1. Cor. I. 23. 18. Inde Lactantius Institut. lib. 4. cap. 16. *Velut opprobrium nobis objectari solet, quod & hominem, & ab hominibus insigni supplicio affectum & excruciatum colamus.* Athanasius contra Gentes: *ἔθνης χλευάζουσι, καὶ πλατὺ γελῶσι καθ' ἡμῶν, ἐδὲν ἕτερον ἢ τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ σαρκοφόρητον. Ethnici insultant nobis, & victu latè diducto cacchinantur, nihil aliud in medium afferentes, quàm CHRISTI crucem.* Augustinus serm. 8. de verbis Apostoli: *De cruce CHRISTI nobis insultant sapientes hujus mundi, & dicunt: quale cor habetis, qui Deum colitis crucifixum?* Ita blasphemus ille Lucianus in Peregrino, de Chri-

stianis

ſtianis memorat, quod ἀνασκολοπισμένον ἐκείνον σοφιζὴν (τὸν μέγαν ἐκεῖνον ἄνθρωπον τὸν ἐν Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα, ironicè ſupra appellaverat; uti τὸν ἐσταυρωμένον per contemptum appellant Pagani apud Euſebium lib. 4. Hiſt. Eccleſ. cap. 15. τὸν σταυρωθέντα Trypho Judæus in dialogo cum Juſtino, יהושע ſuſpenſum illum Rabbini) *adorent, & ſecundum ipſius leges vivendi rationem inſtituant.* Cæciliuſque Natalis, apud Minucium, iis exprobrat, quòd *hominem ſummo ſupplicio pro facinore punitum* colant. Sed & Arnobius lib. 1. Gentes introducit hic alloquentes Chriſtianos: *Non idcirco dii vobis infeſti ſunt, quod omnipotentem colatis Deum; ſed quod hominem natum, & quod perſonis infame eſt vilibus, crucis ſupplicio interemptum, & Deum fuiſſe contenditis, & ſupereſſe adhuc creditis, & quotidianis ſupplicationibus adoratis.* Ipſos autem Chriſtianos hunc in modum loquentes ſiſtit impius ille Celſus, apud Origenem libro 4. πίστευε, ὃν εἰσηγεῖσαί σοι, τοῦτον εἶναι μὲν Θεῶ, καὶ ἡ δεδημένον ἀπὸ τέλε, ἢ κεκολασμένον ἀσχίστε, καὶ φῦλε ἢ ὠφελῆν σε τοῖς πάντων ὀφθαλμοῖς ἐπονειδίστε κεκαλυμμένον. *Crede, eſſe hunc, de quo te doceo, Dei filium: quamvis ignominioſè vinctus ſit, & turpi affectus ſupplicio; quamvis heri & nudius tertius in conſpectu omnium tractatus probroſiſſimè.* Idemque libro memorati operis 2. noſtris objicit, quòd tamquam Dei filium venerentur ἄνθρωπον ἀπηχθέλον, ἀπαιχθέλε καὶ δεπτυμπαν: θέντα, *hominem gravi ignominiâ affectum atque ſupplicio*; & lib. 3. quod colant τὸν ἀλόντα καὶ δεθέντα, *hominem captum ac mortuum.* Junge his, quæ habentur in oratione magna Catechetica, Gregorio Nyſſeno tribui ſolita, cap. 32. in hiſtoria Barlaami, quæ Damaſceni eſſe vulgò creditur, cap. 24. in Actis Andronici, apud Baronium ad ann. cxc. 26. item in Juſtini noſtri dialogo cum Tryphone. Ubi & Judæo huic homini Chriſtiani contumeliosè dicuntur ἐπ' ἄνθρωπον ἐσταυρωθέντα πᾶς ἐλπίδας πεπέμφοτι. Cæterum quo pacto & quàm piè impiis iſtis profanorum hominum ſcommatibus in occurſum iverint priſci illi Chriſtianæ fidei athletæ, docebunt te Origenes tract. 1. in Matthæum, Gregorius Naz. Invect. 2. in Julianum, Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini cap. 1. Athanaſius orat. contra Gentes, Chryſoſtomus in Matth. Homil. 54. ſive (ut alii numerant) 55. Cyrillus Jeroſolymitanus Catech. 13. Auguſtinus ſerm. 1. de converſ. Pauli, ac in Pſ. LIV. & CXLI. Hieronymus contra Helvidium, Iſidorus Peluſiota lib. 4. epiſt. 29. KORTHOLT.

Eadem pag. 61. Οἱ πάλαι μὲν πορείαις χαίροντες] Huc Tertullianus reſpicit Apolog. cap. 3. quando Chriſtianorum nomen, quod adeo inviſum erat Gentilibus, *nomen emendationis* vocat: quippe nihil aliud hac appellatione innuens niſi quod emendati fuerint, ex quo Eccleſiæ adſcripti eſſent, vitæque ſtuduerint meliori, qui omni vitiorum generi ante ſuſceptum Baptiſmum fuerant dediti. Vide quæ hanc in rem eleganter diſſerit Euſebius ſub initium eximiæ illius περὶ παρασκευῆς, item Theodoritus Θεραπευτ. lib. 9. KORTHOLT.

Ibidem, Παντὶ δεομένῳ χρωμένοντες] Tanta erat Chriſtianorum veterum beneficentia, & erga egenos quoſcunque liberalitas, ut ipſi etiam Gentiles eandem & experirentur, & deprædicarent. Julianus namque Apoſtata, epiſtola ad Arſacium, τέφυσι, inquit, οἱ Γαλιλαῖοι περὶ τοῖς ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἡμετέρους. Vide Sozomenum Hiſtor. Eccleſ. lib. 5. cap. 16. Et Lucianus ſcribit, cùm ob doctrinæ CHRISTI profeſſionem in carcerem conjectus eſſet Peregrinus, Chriſtianos cæteros, unde ſuſtentaretur, *ex publico* (ἀπὸ τοῦ κοινοῦ) *miſiſſe*; addens: ἀμήχανον δέ τι τὸ πάχος ἐπιδείκνυται, ἐπειδάν τι τοιοῦτον χρήματα δημόσιον. ἐν βραχεῖ γὰρ ἀφειδῶσι πάντων. καὶ δὴ καὶ Περιγενὴν πολλὰ τότε ἦκε χρήματα παρ' αὐτῶν, ἐπὶ προφάσει τῶν δεσμῶν. *Incredibile verò eſt, quantum ſtudium & celeritatem in hoc oſtendant, ſi quid tale* (de carcere ſimilibuſque Chriſtianorum

ſtianorum afflictionibus) *vulgò innotuerit. Illicò enim nulli rei parcunt. Proinde Peregrino quoque multæ tunc opes ab iis mittebantur, ſub vinculorum prætextu.* Pertinetque huc illa Paganorum vox de Chriſtianis, apud Tertullianum cap. 39. *Vide, ut invicem ſe diligant!* Unde etiam in Licinium tyrannum invehitur Euſebius libro 10. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. 8. & lib. 1. de vita Conſtantini cap. 54. quod alimentum ſubminiſtrare miſeris & captivis lege latâ prohibuerit. KORTHOLT.

Eadem pag. 61. ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχόμθοι] Tertullianus Libro ad Scapulam cap. 1. *Ita diſciplina jubemur diligere inimicos quoque, & orare pro eis, qui nos perſequuntur, ut hæc ſit perfecta & propria bonitas noſtra, non communis. Amicos enim diligere, omnium eſt; inimicos autem, ſolorum Chriſtianorum.* Cyprianus Libro ad Demetrianum: *Odiis veſtris benevolentiam reddimus, & pro tormentis ac ſuppliciis quæ nobis inferuntur, ſalutis itinera monſtramus.* Lactantius Inſtitut. lib. 5. cap. 8. *Hoc nobis credimus expedire, ut vos diligamus, & in vos ipſos, qui odiſtis, omnia conferamus.* Confer quæ habet Athenagoras in Apologia, Clemens Alexandr. Stromat. 4. Gregorius Naz. orat. 2. Euſebius Hiſtor. Eccleſ. lib. 2. cap. 23. & Append. lib. 8. cap. 8. Prudentius hymno περὶ στφ. III. 410. ſeqq. Chryſoſtomus ſerm. de Cruce & latrone, ac in 1. Corinth. Homil. 33. Leo M. ſerm. 10. de Quadrag. Cæſarius Arelatenſis Homil. 29. Proſper Aquitanus Sent. CCLXVI. ipſeque Juſtinus, tum infrà eodem hoc libro, tum in dialogo cum Tryphone, & epiſtola ad Diognetum. KORTHOLT.

Ibidem, ὃς ἂν ἐμβλέψῃ γυναικι] *Chriſtianus ſalvis oculis fœminam videt, animo adverſus libidinem cæcus eſt.* Tertullianus in Apologet. cap. 15. LANG. Reliqua quæ affert, parum aut nihil ad rem faciunt.

Pagin. 62. Οὐ τῶν φανερῶν μόνον] Athenagoras in Apologia: ἡμεῖς τοσοῦτον ἀδιάφοροι εἶναι ἀπέχομθα, ὡς μηδὲ ἰδεῖν ἡμῖν ἀπὸ προθυμίαν ἐξεῖναι. Theophilus Antiochenus libro 3. ad Autolycum: ὁ μόνον διδάσκει ἡμᾶς ὁ ἅγιος λόγος, τὸ μὴ μοιχεύειν ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ μέχρι ἐνοίας. Iſidorus Hiſpalenſis, Sententiarum lib. 2. cap. 25. *Non ſolum factis, ſed & cogitationibus delinquimus.* Hieronymus in Oſ. 14. *Non ſolùm opus, ſed & cogitatio mali operis pœnas luet.* Minucius Felix: *Apud nos cogitare peccare eſt.* Irenæus lib. 1. cap. 1. *Nos propter timorem Dei etiam cogitatione ac verbis peccare cavemus.* Confer Clementem Alexandr. Pædagog. lib. 3. Tertullianum Apolog. cap. 45. Lactantium lib. 6. cap. 23. Auguſtinum lib. de Honeſtate mulierum, Iſidorum Peluſiotam lib. 1. epiſt. 79. Chryſoſtomum in Matthæum Homil. 17. & Orat. 8. de Pœnitentiâ. KORTHOLT.

Pag. 13. lin. 5. Πολλοί τινες καὶ πολλαὶ] Athenagoras in Apologia: ἔστιν πολλοὺς ὅτῳ παρ' ἡμῖν, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, κατεγηρασκότας ἀγάμους. Tertullianus Apolog. cap. 9. *Quidam* Chriſtianorum *multò ſecuriores totam vim hujus erroris* (de inceſtu loquitur noſtris imputato) *virgine continentia depellunt, ſenes, pueri.* Minucius Felix in Octavio: *Plerique* Chriſtianorum *inviolati corpus virginitate perpetuâ fruuntur potiùs, quàm gloriantur. Tantum denique abeſt inceſti cupido, ut nonnullis rubori ſit etiam pudica conjunctio.* Origenes libro 7. contra Celſum: οἱ ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ ἰδιωτίας ἐξεταζόμθοι, καὶ μικροὶ, καὶ ἀνδρόποδα εἶναι λεγόμθοι, καὶ μόνον πιστεύσαντες ἑαυτὸὺς τῷ Θεῷ, παρεδέξαμθοι τὸν τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίαν, τοσοῦτον ἀπεδείξαν ἀπελγείας, καὶ ἀκρασίας, καὶ πάσης τῆς ἐν συνηθείας ἀκρμοσύνης, ὡς καὶ πρόπον τελείων ἱερέων πᾶσαν συνηθείαν ἀποτροφέντων, πολλὰς αὐτῶν πωτιλῆς κολαζεύειν, ἃ μόνον ἀπὸ πάσης μίξεως. *Homines idiotæ, ab eis* (Gentilibus) *pro nihilo habiti, ut ſtulti & illiberales, ſi modo committant ſe in fidem Dei, & doctrinam* JESU *recipiant, tantum abſunt ab omni laſcivia, ſpurcitia, turpitudine libidinum, ut, in morem perfectorum Sacerdotum ab omni coitu abhorrentium, multi eorum*

in

in totum caſtè pureque vivant, alieni à congreſſu mulierem etiam legitimo. KORTH.

Eadem pag. 62. Τί γὰρ καὶ λέγομεν τὸ ἀναρίθμητον πλῆθος] Origenes contra Celſum lib. 2. Πῶς ἀνθρώπου φύσις, μηδὲν ἔχουσα κρεῖττον οὐ αὐτῆ, δύναται ἀφεῖναι τὸν ὑπερβεβηκότα ἐγκεκυφότων, καὶ τοῖς πάθεσιν ἐγκειμένων, καὶ, ὅσον ἐπὶ τῇ ἀλογίᾳ, χαλεπώτερον μισανθρώπων εἰς τὸ σωφρονίστερον. ἀλλ' ἐπεὶ δύναμις τῆ Θεῆ ὁ Χριστὸς ἦν, καὶ σοφία τῆ πυτρὸς, διὰ τῦτο ταῦτα πεποίηκε, καὶ ἔτι ποιεῖ. *Quomodo homo nudus, nullius præſtantioris naturæ particeps, tantam ad ſe converteret multitudinem? quæ ſi ex ſapientibus modò conſtaret, nil mirum forſitan videretur: ſed ex hominum colluvione conflata eſt, qui nullâ ratione ducuntur, ſed vitiis incumbunt plurimum, quique rationis expertes, eò difficiliùs ad continentiam traducuntur. Sed quoniam potentia Dei* CHRISTUS *erat, & Patris ſui ſapientia, ideo talia fecit, & facit nunc quoque.* Euſebius Præpar. Evangel. lib. 1. cap. 3. ὁποῖον δέ σοι εἶναι δοκεῖ, τὸ πᾶν γένος ἀνθρώπων, ἀμίγνυον ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπημερωμένων βαρβάρων, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἐσχατιαῖς τῆς γῆς οἰκούντων, τῆς μὲν ἀλόγυ ἡμερωθείας ἀναχεῖν, δόξας δὲ Φιλοσόφυς ἐναλαθεῖν πεφροντικότος; *Quale tibi videtur, quod univerſum hominum genus, non Græcorum duntaxat, verùm etiam crudeliſſimorum ac in extremis terræ oris habitantium barbarorum, ab immanitate receſſit, & ad opiniones veræ Philoſophiæ inductum eſt?* KORTHOLT.

Pag. 62. Οὐ γὰρ τὸν δικαίυς, εἰς μετάνοιαν ἐκάλεσεν] In re longè ſacratiſſima, profani hominis afferendum dictum. Cùm Atticus quidam homo Diogeni exprobraret, quid ita, cùm Lacedæmonios laudaret magis, apud illos vitam non ageret? reſpondit ille: Medicus ſanitatis conciliator inter ſanos non vivit. LANG.

Ibidem, Θέλει γὰρ ὁ πατὴρ ὁ ἀφάνιος τὴν μετάνοιαν τῦ ἁμαρτωλῦ, ἢ τὴν κόλασιν αὐτῦ] *Non ita vult Deus mortem peccatoris, ut converſionem ejus & ſalutem. Tempus eſt ſuſtinentiæ, tempus longanimitatis, tempus convaleſcentiæ, tempus in melius converſionis. Lapſus es, reſurge: peccaſti, quieſce. Ne conſiſtas in via peccatorum, ſed fac ut reſilias. Cùm enim converſus fueris, et ingemueris, tum ſalvus eris. Ex laboribus namque venit ſanitas, et ex ſudoribus ſalus.* Baſilius. LANG.

Pag. 63. Περὶ δὲ τῦ μὴ ὀμνύειν ὅλως] *Qui rectè jurat, fortaſſe aliquanto fallitur; qui autem non jurat, periculum perjurii effugit.* Baſilius. *Turpe prorſus eſt et ſiultum, ſeipſum arguere, tanquam fide indignus ſit, et propterea dictis ſuis jurisjurandi addat certitudinem.* Idem. *Multi homines ut rectè jurent, cohortantur: ego autem planè neque facilè jurare ſanctum puto.* Euſeb. *Morum probitatem juramento fide digniorem obtinere oportet.* Idem. *Tu verò omnino non jurabis, neque multum, neque parum: quod jusjurandum perjurium pariat.* Greg. Theologus. LANG.

Pagin. 64. Φόρυς καὶ εἰσφοράς] Tatianus ad Græcos: προσπάτθει φόρυς τελεῖν ὁ βασιλεὺς, ἕτοιμον παρέχειν. Tertullianus Apolog. cap. 42. *Vectigalia gratias Chriſtianis agunt ex fide dependentibus debitum, qua alieno fraudanda abſtinemus; ut, ſi ineatur, quantum vectigalibus pereat fraude & mendacio veſtrarum profeſſionum, facilè ratio haberi poſſit unius ſpeciei querela compenſata pro commodo ceterarum rationum.* Nempe querebantur Pagani, per Chriſtianæ religionis incrementum, templorum vectigalia quotidie imminui, & pauperiores eleemoſynas Deorum aris accedere. Ad hæc reſpondet Tertullianus, utut Chriſtiani Deis mendicantibus opem non ferant, cetera tamen vectigalia ea fide ipſos & promptitudine ſolvere, ut facile per hoc compenſetur iſta querela. KORTHOLT.

Iibdem, Θεὸν μὲν μόνον πεσκυνῆμεν] Tertullianus Apolog. cap. 34. *Eſto religioſus in Deum, qui vis illum propitium imperatori. Deſine alium Deum credere, atque ita & hunc Deum dicere, cui Deo opus eſt.* Et cap. 30. *Nos pro ſalute Imperatorum Deum invocamus æternum, Deum verum, Deum vivum, Quem & ipſi*

& ipſi Imperatores propitium ſibi præter cæteros malunt. Sciunt, quis illis dederit imperium, ſciunt, quâ homines, quis & animam. Sentiunt eum Deum eſſe ſolum: in cujus ſolius poteſtate ſunt; à quo ſunt ſecundi; poſt quem primi; ante omnes & ſuper omnes Deos. Quidni? cùm ſuper omnes homines, qui utique virtute, & mortis antiſtant. Ac paulò pòſt: *Precantes ſumus omnes ſemper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum; & quæcumque hominis & Cæſaris vota ſunt.* Idem libro ad Scapulam cap. 2. *Colimus Imperatorem ſic, quomodo & nobis licet, & ipſi expedit; ut hominem à Deo ſecundum, & quicquid eſt à Deo conſequutum, & ſolo Deo minorem. Hoc & ipſe volet. Sic enim omnibus major eſt, dum ſolo vero Deo minor eſt. Sic & ipſis Diis major eſt, dum & ipſi in poteſtate ſunt ejus. Itaque & ſacrificamus pro ſalute Imperatoris; ſed Deo noſtro & ipſius; ſed quomodo præcepit Deus, purâ prece.* Vide eamdem quoque in rem Athenagoram ſub finem Apologiæ, Theophilum Antiochenum circa finem libri 1. ad Autolycum, Tatianum ad Græcos, Cyprianum Lib. ad Demetrianum, & Acta paſſionis ejus, Origenem lib. 8. contra Celſum, Arnobium ſub finem libri 4. Euſebium Hiſtor. Eccleſ. lib. 7. cap. 11. Append. lib. 8. cap. 8. & de vita Conſtantini lib. 1. cap. 17. Prudentium hymn. xiv. 426. Unde de Licinio tyranno Euſebius ait, Hiſtor. lib. 10. cap. 8. quod, Chriſtianos domo expellens, ſeipſum precibus orbaverit, quas pro eo ad Deum patriò inſtituò illi fuderint. Et libro 1. de vita Conſtantini cap. 15. ſcribit: *ὁμοῦ πᾶς τὰς ἱκεσίας ἐλαύνων, ᾗ καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἐξιλάσεις ἀνῄρει.* *Dum cultores divini Numinis perſequuntur* Ethnici Imperatores, *eâdem operâ precationes pro ſemetipſis fieri ſolitas abegerunt.* Quin agnovit tandem hoc, nimiâ rei evidentiâ victus, ipſe tyrannus Maximinus, indeque ſuam pariter & Reipublicæ incolumitatem Chriſtianorum precibus ac interceſſionibus publico commendare reſcripto non dubitavit; quod Euſebius exhibet lib. 8. Hiſtoriæ ſuæ cap. 17. KORTHOLT.

Eadem pag. 64. *ὁμῶν δὲ οὐδὲ τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπερορῶσι*] *Etſi circa majeſtatem Imperatoris inſamantur, tamen nunquam Albinani, nec Nigriani, vel Caſſiani inveniri potuerunt Chriſtiani. Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nedum Imperatoris: quem ſciens à Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt ut & ipſum diligat, & veneretur; & honores, & ſalvum velit cum toto Romano Imperio, quoadſque ſeculum ſtabit: tamdiu enim ſtabit. Colimus & Imperatorem ſic, quomodo & nobis licet, & ipſi expedit: ut hominem à Deo ſecundum, & quicquid eſt, à Deo conſequutum, ſolo Deo minorem. Sic enim omnibus major eſt, dum ſolo vero Deo minor eſt: Itaque & ſacrificamus pro ſalute Imperatoris: ſed Deo noſtro, & ipſius; ſed quomodo præcepit Deus, purâ prece.* Tertullianus ad Scapul. *Subjecti ſimus Deo, et nobis invicem, et Principibus terræ: Deo propter omnia: nobis invicem propter fraternam charitatem; Principibus propter ordinem (* ὑπαξίαν.) Greg. Theolog. LANG. Cùm divinos honores Imperatoribus deferre nollent Chriſtiani, lætæ majeſtatis & perfidiæ crimina ipſis impingebantur à Gentilibus: uti patet ex Tertulliani Apolog. cap. 10. 28. lib. 1. ad Nat. cap. 17. lib. ad Scapulam cap. 2. imò conſpiratio & conjuratio iis imputabatur adverſus imperium Romanum, cujuſmodi erat Catilinaria; ceu præ cæteris docet calumnioſa illa Cæcilii Natalis apud Minucium Felicem in noſtros declamatio. Unde *nefariæ conſpirationis homines* audiunt Galerio Maximino, Proconſuli, in Actis paſſionis Cypriani, *homines deploratæ, illicitæ, ac deſperatæ factionis, & plebs profanæ conjurationis,* memorato jamjam Cæcilio apud Minucium, *plebs rebellis,* apud Prudentium hymn. xiv. 62. Tam acerbæ criminationi inde heic obviam it Juſtinus, quod Chriſtiani pro Imperatorum ſalute preces ad Deum fundant, vectigalia bonâ fide pendant, promptè tributa conferant, inque ceteris omnibus, quibus divino non

detrahatur honori, ſuam erga ſuperiores ſubmiſſionem lætanti animo teſtetur. KORTHOLT.

Pag. 65. Νικομηδείαν γὰρ — τὰς ἀνθρωπίνων Ψυχῶν κλήσεις] *Non auderem profectò Democritus, Epicurus, et Dicæarchius de interitu animarum magò aliquo præſenti diſſerere, qui ſciret cernis carminibus cieri ab inferis animas, et adeſſe, et prælare ſi humanis oculis videndas, et loqui, et futura prædicere. Et ſi auderent, reipſa et documentis præſentibus vincerentur.* Lactantius libro 7. cap. 13. LANG.

Ibidem, Τὰ νικρόμαντα γὰρ εἰς γῆν βακχόμενα πάλιν ἀπλήστως ἑαυτῶν ἀναμάσσε προσδικῶμεν] Vide quæ notamus ad Athenagoram de Reſurrectione mortuorum verb. οἱ γὰρ μὴ ὄντα. KORTHOLT.

Eadem pag. 65. Ἐκ μικρᾶς τινὸς ἰκμάδος τῆς τῶ ἀνθρωπείᾳ σπέρματος.] *Quis crederet, niſi rerum experimentis doceretur, in ſimilari, (ὁμοιομερῆ) & molli ſemine tot & tantas virtutes eſſe repoſitas: aut in eo latere tantam quæ iſtinc ſurgit & compingitur, molium & magnitudinum diverſitatem: oſſium, nervorum, cartilaginum, muſculorum & carnium, viſcerumque & reliquarum corporis partium? Neque enim in liquidis adhuc ſeminibus quid tale videas, neque in infantulis apparens quæ adoleſcentulis adcreſcunt, aut in adoleſcentia ea quæ virilis ætas habet, eminent, aut rurſus in virili ætate quæ ſenectus obtinet.* Athenagoras in Lib. de Reſurr. Mortuor. *Conſiderare oportet, quemadmodum ab initio glebam illam facilimè in corpus mutavit, ac multa variaque fecit membra rerum omnium conditor Deus: quod itidem proclive ei ſit, ex paucis hiſce reliquiis corporis inſtaurare ſubſtantiam. Hoc enim nunc etiam juxta veterem creationem in utero fieri cernimus. Nam ex modica materiæ ſemine oſſa fiunt: & pelliculæ, & nervi, & venæ, & arteriæ, & cutis, & pinguedo, et carnes, et reliqua omnia unde corpus conſtat. Juxta divinum namque ſimen et conſtitutum naturæ procedit, et tamquam quidam Statuarius animatam conformat imaginem: non materiæ exiguitate, non loci anguſtiâ, non circumſtante caligine creationi impedimentum afferente. Extremæ igitur dementiæ eſt, non eis quæ videntur credere, præſertim Dei promiſſionibus accedentibus.* Theodoritus in Epitom. divin. dogmat. *Ipſa jam membra omnia ſint latenter in ſemine, cum etiam nati nonnulla adhuc deſint, ſicut dentes, ac ſi quid ejuſmodi eſt.* Auguſt. de Civit. lib. 22. cap. 14. *Tam facile imo facilius eſt Deo, hominem reſtituere quàm conſtituere. Idoneus eſt reſtituere qui fecit. Quanto plus eſt feciſſe quàm refeciſſe, initium dediſſe, quàm reddidiſſe: ita reſtitutionem carnis faciliorem credas inſtitutione.* Tertullianus

——— *Poſſum renovare favillas*
Antiquam in faciem, nec deſperanda potestas.
Qui potui formare novum, reparabo peremptum. Prudent. LANG.

Pag. 66. Ἡ δὲ γέεννά ἐστι] *Gehenna eſt ignis arcani ſubterraneus ad panam theſaurus.* Tertullianus. LANG.

Ibidem, Καὶ Σίβυλλα δὲ τὸ ὕστερον] *Quemadmodum Deus Judæos ſalvos eſſe volens, prophetas eis dedit: ſic et apud Græcos ſive Gentiles, probatiſſimos vernaculæ linguæ eorum prophetas excitavit, eoſque pro eo atque poterant beneficentiam Dei capere, à plebe vulgari ſecrevit. Declarabit hoc in Petri Prædicatione Apoſtolus Paulus: Accipite, inquit, et Gentilium libros, cognoſcite Sibyllam, ut unum prædicet Deum, et quæ futura ſint præmonſtret: Et Hydaſpen in manus ſumentes legite, et invenietis evidentiùs et clariùs ſcriptum Filium Dei, etc. ut alibi ſuprà.* Clemens Stromat. lib. 6. LANG. Vide Spicileg. Patrum Seculi 1. pag. 65. ſequ.

Eadem pag. 66. Εἰ δὲ καὶ ὁμοίως τισὶ] Sic etiam infra: τὰ ὅμοια τοῖς ἀπαντῶσι λέγοντες, μόνοι μισούμεθα διὰ ὄνομα τὸ Χριστοῦ. Simili modo Tertullianus Apolog. cap. 46. *Eadem, inquit* Paganus, *& Philoſophi monent & profitentur, quæ* Chriſtiani. — *Cur ergò, quibus comparamur de diſciplina, proinde illis non adæquamur ad licentiam impunitatemque diſciplinæ?* Et Athenagoras in Apologia: τίς ἡ αἰτία,

αὐτὰ, τοῖς μὲν ἐπ' ἀδείας ἐξεῖναι, τὸ λέγειν, τὸ γεγράφειν περὶ τῶ θείω ἃ βέλτιον· ἡμῖν δὲ κείλῃ νόμῳ; Hæc latius perſequimur in commentario de Origine & naturâ Chriſtianiſmi ex mente Gentilium, cap. II. 21. ſeqq. KORTHOLT.

Pagin. 67. Κοινὸν τῦτο ἔχω ὑμῖν] Similia habent Tatianus contra Græcos, Arnobius libro 1. KORTHOLT.

Pagin. 68. Ἐκαιρέθης αὐτὸν] Arnobius libro 1. adverſus Gentes: *O iſti, qui hominem nos colere morte functum ignominioſâ ridetis, nonne Liberum & vos patrem membratim ab Titanis diſcerptum ſanorum conſecratione mactatis? — Aut igitur ridendi & vos eſtis, qui homines græviſſimis cruciatibus interemptos, Deos putatis, & colitis; aut, ſi certa eſt ratio, cur id vobis faciendum putetis, & nobis permittite ſcire, quibus iſtud cauſſis rationibuſque faciamus.* Gemina habet Origenes libro 7. contra Celſum, ubi convicium hominis impii, *miſerabilem* CHRISTO *mortem* (ὀνείδιζιν θάνατον) objicientis, retundit. Confer quæ allata ſunt ſuprà, ad verba: ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι. KORTHOLT.

Ibidem, Δι' ἃς τὰς κακὰς δαίμονας] Idem repetit infra. Et in dialogo cum Tryphone ait: ἴδε, ὦ παρεκπεσὼν ὁ λεγόμενος Δι' ὅλου σὺ τοῖς ἐκείνων λεχθῆναι ἐπείνον. Et deinde: ὅταν, ὦ Τρύφων, σὺ παρ' ἡμῶν γνῶσιν τὸν Πατέρα ὧν πάντων, καὶ τῦτο μεμαθηκέναι τὸν πλάνον ὄφιν συνίημι. Similiter Tertullianus Apolog. cap. 47. *Omnia*, inquit, *adverſus veritatem de ipſa veritate conſtructa ſunt, operantibus æmulationem iſtam ſpiritibus erroris. Ab his adulteria hujuſmodi ſalutaris diſciplinæ ſuborta: ab his quædam etiam fabulæ immiſſæ, quæ de ſimilitudine fidem infirmarent veritatis, vel eam ſibi potius evincerent, ut quis ideò non putet Chriſtianis credendum, quia nec Poetis, nec Philoſophis: vel ideò magis Poetis et Philoſophis exiſtimaret credendum, quia non Chriſtianis.* Aliam hujus depravationis cauſam idem affert Tertullianus Libro de Anima cap. 2. rurſuſque aliam Origenes libro 4. contra Celſum, aliam Tatianus contra Græcos. Vide Tractatum noſtrum de Origine Chriſtianiſmi cap. II. 16. KORTHOLT.

Pagin. 69. Σεσόφθαι Διονυσον] De hoc Argumento vide Athenagoram in Apologia, Theophilum Antiochenum libro 2. ad Autolycum, Clementem Alexandr. in Protreptico, Tertullianum Apolog. cap. 11. & lib. 2. ad Nat. cap. 5. Origenem contra Celſum lib: 3. Arnobium adverſus Gentes lib. 3. 4. 5. Cyprianum de Idolotum vanitate, Lactantium Divin. Inſtitut. lib. 1. cap. 8. ſeqq. Athanaſium contra Gentes, Euſebium Præpar. Evangel. lib. 5. cap. 13. & de laudibus Conſtantini cap. 13. Chryſoſtomum in 2. Corinth. Homil. XXVI. Cyrillum Alex. contra Julianum lib. 6. Theodoritum Therapeut. lib. 8. Auguſtinum epiſt. 44. Evagrium Hiſtor. Eccl. lib. 1. cap. 11. Prudentium περὶ στεφ. hymn. XIV. 176. KORTHOLT.

Ibidem, Σίμωνα μὲν τινα Σαμαρέα] Quemadmodum heic ſcribit Juſtinus, quòd Samaritani Simonem venerati ſint ὡς τὸν πρῶτον Θεὸν, ſic in dialogo cum Tryphone ait, coluiſſe ipſos Magum hunc & impoſtorem tamquam Θεὸν ὑπὲρ ἄνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως. De eodem Irenæus lib. 1. cap. 20. *Hic à multis quaſi Deus glorificatus eſt, et docuit, ſemetipſum eſſe, qui inter Judæos quidem quaſi Filius adparuerit, in Samaria autem quaſi Pater deſcenderit, et in reliquis verò gentibus quaſi Spiritus ſanctus adventaverit. Eſſe autem ſe ſublimiſſimam virtutem, hoc eſt, eum, qui ſit ſuper omnia Pater.* Hieronymus memorat ad Matth. XXIV. Simonem in voluminibus ſuis ita de ſe ſcriptum reliquiſſe: *Ego ſum Sermo Dei; ego ſum ſpecioſus; ego Paracletus; ego omnipotens; ego omnia Dei.* Auguſtinus de ipſo teſtatur, Lib. ad Quodvultdeum hær. 1. quòd dixerit, *ſe eſſe CHRISTUM.* KORTHOLT.

Ibidem, Σίμωνι δέν σάγητι] Quid in hac narratione viri docti deſiderent, notum eſt. Nempe cum in eâdem illâ inſulâ Tiberinâ ante annos

non adeò multos ſtatua ſit effoſſa cum hac inſcriptione: SEMONI SANGO DEO FIDIO; putant hanc ipſum eſſe, quam Juſtinus viderit, quamque ille, vicinitate nominum deceptus, Simoni Mago poſitam crediderit: cum Sangus, ſive Sancus, aut etiam Sanctus, Deus fuerit apud Sabinos, qui pactis fœderibuſque præerat, à ſanciendo dictus: unde & Deus Fidius vocabitur, quod per eum jurando fieret fides. Lege Joſephum Caſtalionem, Obſervationum in Criticos decuriâ III. cap. 10. Gerh. Joh. Voſſium de Orig. Idololatriæ lib. 1. cap. 12. alioſque. KORTHOLT.

Eadem pag. 69. Ὀλίγοι δὲ τῶ κὺ ἀλλοις ἔθνεσι] Origenes contra Celſum libro 1. Ἡγήσατο Σίμων ὁ Σαμαρεὺς Μάγος τῆ μαγικῆς ὑφιλάξ τινὰς, τῶ τότε μὲν ὀνήσαντα. νυνὶ δὲ τὸν πάντας ὑπ' αὐτῆ οἰκεμένη σχεδὸν ἐπὶ Σαμαρείας ὀνόματι τὰ ἀριθμῶ οἶμαι τριάκοντα· τῶ πάνυ πολίσματα ἔστιν τῶν ὅλων. εἰσὶ δὲ καὶ τῶν Παλαιστίνη σφόδρα ὀλίγοι· ὅπερ δὴ λοιπὸν οἰκεμένης ὑδαμοῦ τὸ ὄνομα αὐτῶ κεῖται ἢ ἠγήσατο δέξαι καὶ ἐνταῦθ' ἀξιοπαθήσαι. Παρὸ δὴ εἰς φύσιν, οὐ τῶν σπάνιον τῶν Ἀποστόλων φύσιν. *Simon Samaritanus Magus, per magicam ſuam quoſdam acceperat conatus, effectu non carnit ad tempus. Nunc autem in toto orbe, opinor, vix reperiuntur Simoniani; ac fortaſſe ne tot quidem. Sunt enim in Paleſtinâ paulo admodum: in reliquâ terrarum orbe nuſquam nomen ejus eſt in eâ opinione, in quâ ipſe haberi voluit. Nam apud quos nominatur, eis ex Actis Apoſtolorum innotuit.* Euſebius tamen, quod ſuo adhuc tempore quidam ſuperfuerint, Simonis hæreſin profeſſi, libro 2. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. 1. refert; ſed ita, ut & ipſe mox adjiciat: ὧν γέ τοι πολλοὺς τότων ἀπώδυσαν, ὁπόσοι ποτ' ἦσαν τῶν μαχθησόμενοι ἐλέγχοις. *Plerique jam eorum ab Eccleſia ejecti ſunt, cùm fraus ipſorum detecta eſſet.* KORTHOLT.

Ibidem, Ἑλένην τινα] Helenam hanc (quam Selenen vocant alii) rerum omnium matrem eſſe nugabatur Simon. Ipſam enim Angelos & Archangelos feciſſe; à quibus porrò mundus ſit conditus. Cùm autem ab Angelis, propriâ ſuâ ſobole, per invidiam detineretur, ut redire ad patrem ſuum non poſſet, & multa ab iis paſſa eſſet, ita ut corpori humano incluſa per multa ſecula de corpore uno in alterum migraret, ſe deſcendiſſe cœlitùs, tum ut eam ad ſe reciperet, tum ut Angelos de mundi principatu diffidentes coërceret, & ſalutem hominibus per ſui agnitionem impertiretur. Vide imprimis Irenæum lib. 1. cap. 20. quique illum hinc exſcripſit, Theodoritum lib. 1. de Hæreticis fabulis. KORTHOLT.

Pag. ead. *Μένανδρον*] De Menandro Tertullianus (quem hinc ſequitur Epiphanius hær. 22.) Libro de Præſcriptionibus adverſus Hæreticos cap. 46. *Quidquid ſe Simon dixerat; hoc ſe Menander eſſe dicebat.* Irenæus tamen, memoratò locò cap. 21. ſcribit, quòd docuerit: *primam virtutem incognitam eſſe omnibus; & ſe autem miſſum eſſe Salvatorem pro ſalute hominum.* Similia habent Euſebius lib. 3. cap. 26. & Theodoritus, loco ſupra laudato; qui etiam ad Irenæum hinc provocant. KORTHOLT.

Pag. 70. Μαρκίωνα δὲ τὸν Πόντιον ὃς κὺ νῦν ἐπ' ἐσχάτων ἀλλόκοτον] Marcionem ſub principatu Antonini vixiſſe docet Tertullianus Libro de Præſcriptionibus cap. 30. quem quidem eſſe Antoninum illum Pium, ad quem hinc ſcribit Juſtinus, etiam ex Irenæo patet, qui libro 3. cap. 30. *Marcion*, inquit, *invaluit ſub Aniceto, decimum locum Epiſcopatus* Romani *tenente.* Anicetum enim hunc ſub Antonino Pio Romanæ Eccleſiæ præfuiſſe, ex Euſebio conſtat. Vide ipſius Chronicon, & Hiſtoriam Eccleſ. lib. 4. cap. 10. 11. Conſer quoque Theodoritum lib. 1. de Hæreticis fabulis. KORTHOLT.

Pag. ead. Χριστιανοὶ κληθέντες] Inde factum, ut veris Chriſtianis per calumniam imputarentur Marcionis ſimiliumque hæreticorum portentoſa dogmata,

Ita

Ita de Celso Origenes, libro contra ipsum 6. φύρων, inquit, αἱρέσεσι αἱρέσεις, τὸ μὲν ἐπιτιμώμενον, ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις αἱρετικοῖς ἐστι, τοῖς δὲ ἄλλοις, τοῖς κατὰ Μαρκίωνα ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα κατόρθωται. *Permiscens hæresibus hæreses, nec distinguens, ad quam quæque hæresin pertinent, Marcionis errores nobis incognitos objicit.* Uti jam supra libro 1. de eodem scripserat: φύ ων τὸν λόγον, τοῖς ὑπὸ αἱρετικῶν κατ' ἐμοῦ λεγόμενα, ὡς κοινὰ χριστιανῶν ἐγκλήματα πᾶσι τοῖς ἀπὸ τῆς θείας πίστεως λέγει. *Confundens sermonem, et quæ ab una quapiam secta (Marcionitarum) dicta sint, in universum omnibus Christianis divini verbi sectatoribus objicit.* Rursum libro 6. exprobrat Celso Adamantius, quod sycophantico suo scripto inserat, *quæ nunquam à Christianis dicta; sed à quibusdam, quorum,* inquit, *jam ans nullæ supersunt reliquiæ, aut perquam exiguæ.* Refer huc quæ notavimus supra ad verba: κατὰ ζῶντες, & sequentia. KORTHOLT.

Pag. ead. Εἰ δὲ ἐπὶ δύσφημα ἐκίνει] Notatu dignus est hic locus. Si enim Justinus dubitavit, annon quæ de hæreticorum sibi συγγενῶν incestu & ἀνθρωποφαγία in vulgus spargebantur, commentitia essent, imò verò pro μυθολογημένοις illa habuit; eccui tandem de eorumdem veritate certò constare possit! Et sanè, si criminum istorum verè reos eosdem credidisset etiam cæteri, qui Christianos adversus Gentilium insultus editis Apologiis tutati sunt, non tacuissent id, quando hæc ipsa flagitia, nostris impacta, erant depulsuri; sed, ut alias facere consueverant, in hæreticos transtulissent. Quod verò tantum abest ut factum heic ab illis sit, ut potiùs quæcumque pro liberandis à scelerum istorum suspicione Christianis eorumdem temporum Ecclesiastici scriptores disputant, ita comparata sint fere per omnia, ut æquè ab illa imputatione absolvant hæreticos. Lege Tertullianum Apolog. cap. 7. 8. lib. 1. ad Nat. cap 2. 7. & Minucium Felicem in Octavio, nec erit cur dubites. Imo de Tertulliano testatur auctor Epitomes de Hæresibus, ante exortam Eutychis hæresin, ut quidem editor ejus Jac. Sirmondus existimat, conscriptæ, cap. 26. quod, adversus Cataphryges disputans, falsa esse affirmaverit, quæ de permisto Eucharistiæ infantis sanguine ipsis solerent tribui. Ibidemque addit, nec cæteros, qui scriptis hæreticos istos oppugnaverint, (quorum nonnullos recenset) hujus quidquam memorare. Quidquid de eo, certè Hieronymus, ubi Montanistarum dogmata ritusque censuisset, epistola 54. ad Marcellam: *Prætermitto,* subjicit, *scelerata mysteria, quæ dicuntur de lactente puero, et de futuro martyre consarcinata. Malo, inquam, non credere: sit falsum omne, quod sanguinis est.* Et Theodoritus, Hæret. fabb. lib. 3. de iisdem scribit Montanistis: οὐδὲ τῶν μυστηρίων τοῖς μὲν ἄγνωστοι τυγχάνουσι· σπένοι δὲ ὑ συνομολογοῦσιν, ἀλλὰ συκοφαντοῦσι τὸν κατηγορίαν καλοῦσι. *De mysteriis nonnulla quidem jactitant: sed illi non fatentur, et sui accusationem calumniam appellant.* Similiter alii quoque vetusti auctores titubanter heic incedunt. Ita Augustinus hæresi XXVI. de Cataphrygibus: *Sacramenta,* inquit, *PERHIBENTUR funesta habere.* Ac de iisdem Philastrius hær. XLIX. *DICUNT, eos de infantis sanguine in Pascha hæc miscere in suum sacrificium.* Nec aliter Epiphanius hæresi XLVIII. qui tamen de Gnosticis confidentiùs loquitur hær. XXVI. Sed nota sunt de doc Scriptore eruditorum judicia. *Quem res arguit ipsa, levibus auditiunculis, nescio unde acceptis, facilè nimis aliquando fidem habuisse,* ait Casaubonus Exerc. XV. 7. quo cum confer heic Capellum Vindic. pro Casaubono lib. 1. cap. 4. & Melanchthonem epistolâ ad Camerarium pag. 134. Unum superioribus addo. Dum queruntur in sua epistola martyrologica, apud Eusebium lib. 5. cap. 1. Ecclesiæ Lugdunensis ac Viennensis, quod in persecutione Gallica sub M. Antonino ab ipsis suis tormenta formidantibus servis Christiani calumniis gravati fuerint, his utuntur verbis: κατεψεύσατο ἡμῶν θύεσθαι δεῖπνα, καὶ οἰδιπόδειος μίξεις, καὶ ἅπερ μήτε λαλεῖν μήτε νοεῖν

τοῦτο ϑέμις ἡμῖν, ἀλλὰ μὴ δὲ πιστεύειν, οὔτε τοῖς πάνυ πολὺ ἀνθρώποις ἐχθροῖς. *Ementiri fum adverſus nos Thyeſteas quaſdam cœnas, et inceſtos Oedipi concubitus, et alia, quæ nec prologui nobis, nec cogitare fas eſt, imo ne credere quidem, tale quid inquam APUD HOMINES eſſe geſtum.* Ubi iterum cogita, num eum in modum locuturæ fuiſſent Eccleſiæ illæ, ſi de hæreticorum tragicis ferculis monſtrosâque libidine certi quid habuiſſent cognitum. Nam ſane & hæretici, omnium quamvis ſceleſtiſſimi, homines tamen erant. Operoſiùs hæc perſequimur Tract. de Vita & Moribus, Chriſtianis primævis per Gentilium malitiam affictis cap. IX. 4. ſeqq. KORTHOLT.

Eadem p. 70. Ἐκβῆναι καὶ πὶ γονίμοις] Morem infantes exponendi admodum frequentem apud Paganos fuiſſe, paſſim ſcriptores teſtantur antiqui. *Filios exponitis ſuſcipiendos ab aliqua prætereuntis miſericordia extraneâ*, ſcribit Tertullianus Apolog. cap. 9. Et Minucius Felix: *Domi natos alienæ miſericordiæ frequenter exponitis.* Sed inprimis huc faciunt illa Lactantii, Inſtitut. lib. 6. cap. 20. *Quis dubitet, quin impius ſit, qui alienæ miſericordiæ locum non tribuis? Qui, etiamſi contingat ei, quod voluit, ut alatur, addixit certè ſanguinem ſuum vel ad ſervitutem, vel ad lupanar. Quæ autem poſſint vel ſoleant accidere in utroque ſexu vel per errorem, quis non intelligit? Quis ignorat? Quod vel unius Oedipodis declarat exemplum, duplici ſcelere confuſion.* Conſer lib. 5. cap. 9. quæque habent Athenagoras in Apologia, Theodoritus Therapeut. lib. 9. Auguſtinus de Nuptiis & Concupiſcentia lib. 1. cap. 15. Juſtinus ipſe epiſt. ad Diognetum. KORTH.

Ibidem, Καὶ φανερῶς εἰς κυναιδίαν ἀκολάστου πάνυ, καὶ εἰς μυστήρια] Prudentius in Romano:

An ad Cybeles ibo lucum pinetum?
Puer ſed obſtat Gallus ob libidinem,
Deo triſte vulnus, perque ſectum dedecus,
Ab impudicæ tutus amplexu Deæ
Per multa matri ſacra plorandus Spado.

Idem ibidem:

Sunt ſacra, quando voſmet ipſi excinditis,
Votivus & cùm membra detruncat dolor,
Cultrum in lacertos exeris fanaticus,
Setiſque matrem brachiis placat Deam.
Furere ac rotare jus putatur myſticum,
Parta ad ſecundum dextera fertur impia.
Cœlum meretur vulnerum crudelitas.
Aſt hic metenda dedicat genitalia,
Numen reciſo mitigans ab inguine,
Offert pudendum Semivir donum Deæ.
Illam revulſa maſculini germinis
Vena effluenti paſcit auctam ſanguine.
Viterque ſexus ſanctitati diſplicet,
Medium retentas, inter alternum genus.
Mas eſſe ceſſat ille, nec fit femina.
Felix deorum mater imberbes ſibi
Parat miniſtros levibus novaculis. LANG.

Pag. 71. Τὰ φανερῶς ὑμῖν παρεπίδημα] Similiter queritur Juſtinus Apolog. 1. Gentiles ea tribuere Chriſtianis flagitia, ἃ αὐτοὶ φανερῶς πράττουσι. Vide quæ ibi annotamus. KORTHOLT.

Ibidem, Καὶ δυνάμενον αὐτοῦ] *Nec eſt anima noſtra naturâ vel bona vel mala, ſed delectu ſit hoc vel illud.* Chryſ. *Liberum eſt ſui arbitrii, et ſuæ poteſta-*

tis

tia invenio hominem à Deo institutum, nullam magis imaginem et similitudinem Dei in illo animadvertens, quam hujusmodi statûs formam. Tertull. lib. 2. adverſ. Marcion. *Nec ideo duricia imputabitur Christo, de arbitrio cujusque liberi servitio: Ecce, inquit, posui ante te bonum et malum. Elige quod bonum est. Si non potes, quia non vis, (posse enim te, si velis, ostendit) quia tuo arbitrio utrumque proposui: discedas oportet ab eo, cujus non facis voluntatem.* Idem in Monogam. Lege Irenæum lib. 4. cap. 71. & 72. LANG.

Pag. ead. Καὶ ὦμῷ ἀνθρωφόνῳ] Lactantius lib. 4. cap. 20. *Quid illi, quos falsa pietas cogit exponere? Non possum innocentes existimari, qui viscera sua in prædam canibus objiciunt, & quantum in ipsis est, crudelius necant, quàm si strangulassent. — Tam igitur nefarium est exponere, quàm necare.* KORTHOLT.

Ibidem, Εἰ μὴ ἐπὶ παιδῶν ἀναιτεφῆ] Athenagoras in Apologia: Γυναῖκα μὲν ἴσως ἐμοῦ, ἢ ἠρώτηκε κ᾽ τὰς ὑφ᾽ ἡμῶν τεθεμένας νόμους, νομίζων, κ᾽ ταῦτα μέχρι τῶ παιδοποιεῖσθαι· ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς καθαίρειν εἰς γῆν τὰ σπέρματα, ἕως ἂν θερμὰ σώσιν, οὕτω ἐπιτηρεῖσιν, κ᾽ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυμίας, ἡ παιδοποιία. Minucius Felix: *Cupiditatem procreandi aut unam scimus, aut nullam.* KORTHOLT.

Pag. ead. Καὶ ἤδη τὶς τῶν ἡμετέρων] Ita de Origene, quod genitalibus vim intulerit, ὡς ἂν πάσης τὴν πηγὴν τοῖς ἀπίστοις αἰχμὰς Ἀλεξάνδρου ἐπινοίαι λοιδορεῖσθαι, *ut omnem obsceni rumoris & calumniæ occasionem infidelibus adimeret*, Eusebius refert libro 4. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 8. KORTHOLT.

Ibid. Τῶτο παύεσθαι ἀπειρῆσθαι] Vetita castratio est lege Cornelia de Sicariis: Et Nerva mares castrari vetuit. Dion. LANG. Eusebius in Chronico, ad ann. Christi LXXXIV. Δομιτιανὸς εὐνουχίζειν ἄνδρας ἐκώλυσεν, *Domitianus Eunuchos fieri prohibuit.* Idem iisdem planè verbis habetur in ἐπιτομῇ Χρόνου à Jos. Scaligero edita, hujusque Thesauro Temporum inserta. Ἐπιτομὴ συναγωγὴ, eodem opere Scaligeriano comprehensa, in Domitiano: ἐπειδὴ ὁ Τίτ@ ἰσχυρὸς ἀεὶ τὰς εὐθυμίας ἐπαυδάζει, ἀπηγόρευσεν ἐν ἐδέσμοις ὕδρει μηδένα ἐν ἑστιάσεσι ἐπὶ τῇ τῶν Ρωμαίων ἀρχῇ. Sic quoque Philostratus de Domitiano memorat, libro 4. quod lege latâ constituerit, εὐνοῦχος μὴ ποιεῖν. Idem confirmant Martialis, Statius, alii. KORTHOLT.

Pag. 72. Αντινόῳ] *Adrianus Antinoum suum, dum per Nilum navigat, perdidit, quem muliebriter flevit. De quo varia fama est, aliis eum devotum pro Adriano asserentibus: aliis, quod ei forma ejus ostentat, et nimia voluptas Adriani, etc. Et Græci quidem, volente Adriano, eum consecraverunt, oracula per eum dari asserentes, quæ Adrianus ipse composuisse jactatur.* Dion. *Antinoi delubra, et quæ in eis fiunt mysteria.* Epiphan. in Epitom. cathol. fid. *Reges etiam et Tyranni crudelissimi, cùm adamatos quosdam habuissent, eosque in terra sepelissent, eò quod amplius quidquam non possent, utpote qui et ipsi non minus quàm illi mortales essent; propter suam in eos benevolentiam, sepulcra ipsorum prætexiu non bono, per seductionem vitæ (ἐπὶ πλάνῃ τῆ ζωῆ) subditos cives colere præceperunt: quemadmodum Antinous in Antinoi urbe sepultus, et cum lusoria navi positus est ab Adriano, etc.* Idem in Ancor. Lege Nicephor. lib. 3. cap. 26. & lib. 10. cap. 36. *Pueris alienis adhæserunt.* Esa. II. *In tantum Græci et Romani pæderastiæ quondam vitio laboraverunt, ut et clarissimi philosophorum Græciæ haberent publice concubinos: et Adrianus philosophiæ artibus eruditus Antinoum consecravit in Deum, templumque ei et victimas, et sacerdotes instituit: et ex eo Ægypti civitas ac religio nomen accepit. Intra scorta quoque in fornicibus spectaculorum pueri steterunt, publicæ libidini expositi: donec sub Constantino Imperatore Christi Evangelio coruscante, et infidelitas Gentium universarum et turpitudo deleta est.* Hieron. LANG.

Ibidem, Μαγικῇ τέχνῃ] Arnobius, libro 1. Gentiles introducit ad hunc modum de CHRISTO loquentes: *Magus fuit: clandestinis artibus omnia illa* miracula *perfecit: Ægyptiorum ex adytis Angelorum potentia nomina* (quæ

videlicet

videlicet barbara & horrenda Angelorum ac poteſtatum nomina in ſuis incantationibus proferebat, eorundem vi ac virtute res illas magnas atque παραδόξους fieri exiſtimantes) & remotas ſimatus eſſe diſciplinas. Nempe quia legerant vel audiverant Pagani, CHRISTUM ob Herodis furorem in Ægyptum tranſlatum; maleficis ibi artibus eum operatum eſſe dicebant, iſſque inſtructum in Judæum remeaſſe; ſive (ut Celſi id exprimamus verbis, apud Origenem lib. 1.) αὐτὸν ἐκεῖσε πεφοιτηκέναι, μαθησόμενον τὰς Αἰγυπτίων, δυνάμεών τινων ἕνεκα θεραπευτικῶν, οἷς ἐπῄδων ἐπιπλήττων, Θεὸν δὲ ἑαυτὸν τὰς δυνάμεις ἐωυτὸν ἐπαγγειλάμενον, cum clam educatum, & in Ægypto mercede famulatum, peritum mirificarum ejus gentis artium inde reverſum; quibus freus pro Deo ſe haberi paſſus ſit. Conſer lib. 2. Unde etiam, quando pro divinitate CHRISTI evincendâ, hujus miracula à noſtris urgebantur, Gentiles, quæ ab Apollonio & Apulejo, decantatiſſimis illis Magis, patrata eſſent θαυμασιὰ, opponere ſolebant. Vide Euſebium contra Hieroclem, Lactantium lib. v. cap. 3. Hieronymum in Pſ. LXXI, 8. Auguſtinum epiſt. 5. 49. Nec CHRISTUM duntaxat ipſum magicis artibus deditum fuiſſe calumniabantur impii; ſed diſcipulos quoque ſuos eaſdem docuiſſe ajebant, & quidem editis de Magiâ libris, quos Petro Pauloque inſcripſerit. Lege Auguſtinum de conſenſu Evangeliſtarum lib. 1. cap. 9. 10. de Civ. Dei lib. 18. cap. 53. 54. contra Fauſtum Manichæum lib. 12. cap. 45. item ſerm. 11. in Matthæum, ſerm. 28. de verbis Apoſtoli. Ac vide præterea hanc in rem Tertullianum Apolog. cap. 23, Origenem adverſus Celſum lib. 2. 8. Lactantium lib. 4. cap. 13. Athanaſium de Incarnatione Verbi, Chryſoſtomum in Johannem homil. 20. & ſerm. de S. Droſide martyre, Hieronymum epiſt. ad Aſellam, Prudentium περὶ στεφ. hymn. XIV. 868. Actaque Martyrum paſſim. KORTHOLT.

Eadem pag. 72. Τοῖς εὐσεβοῦσιν περὶ τὴν χριστὸν] Hoc argumentum fusè itidem perſequitur Euſebius Demonſtrationis Evangelicæ libro 3. capitibus prioribus. Qui & eodem mox libro, CHRISTUM nequaquam planum fuiſſe & præſtigiatorem, ut infideles criminabantur, variis aliis argumentis prolixè ac eruditè demonſtrat. KORTHOLT.

Ibidem Προσήκειν τῷ τῶν Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι Ἡρώδῃ] Meritò Caſaubonus, ubi Juſtini aſſertionem hanc tangit, quod Ptolemæus libros Scripturæ vertendos curaverit, quando in Judæa regnavit Herodes, exerc. 1. 26. Tanta eſt, inquit, ſive prochronismus ſive metachronismus iſte, ut oculis meis, cùm illa legò, vix credam. Et quidem id præcipuè mireris, potuiſſe Juſtinum, qui Herodis ætati adeo fuit propinquus, tam enormiter hèic hallucinari. Undè non deſunt auctores magni nominis, qui exiſtiment, nequaquam loqui Juſtinum de Ptolemæo illo Philadelpho, cujus auſpiciis libri Biblici à 70. Interpretibus tranſlati; ſed de alio Ptolemæo, qui Herodi Aſcalonitæ σύγχρονος, ultimus Ægyptiorum Rex extiterit, verſionemque ab iſta 70. virali planè diverſam fieri curaverit: Cujus, cùm juris fuerit publici, quod præter Juſtinum alii Scriptores mentionem non faciant, omninò ſe mirari ajunt. Verùm quis ille, obſecro, Ptolemæus Ægyptius, qui Herodi, Judæorum Regi, fuit σύγχρονος? Annon ultimus Ægyptiorum Rex fuit Ptolemæus Dionylius, is quem Julius Cæſar, reliquias belli Pompejani perſecutus, occidit? At verò Herodes regno demum potitus eſt poſt Cæſaris obitum, quando ſumma rerum apud Auguſtum erat & Antonium. Lege Joſephum Antiqu. Judaic. lib. 15. cap. 9. 10. Dum igitur Juſtinum ab errore χρονικῷ liberare volunt hi auctores, ipſimet eum imprudentes incurrunt, & ſimul (ut ſolent, dicente Philoſopho, 1. Phyſ. 2. οἷς ἑπόμενον δόξειν τὰδικα συμβαίνειν) verſionem comminiſcuntur Biblicam univerſæ antiquitati ignotam. KORTHOLT.

Eadem

Eadem pag. 72. *Καὶ τότε γενομένου*] Incidit Propheticorum librorum verſio iſta, juxta Chronicos noſtros, in annum mundi conditi 3703, vel circiter: Pontificatum apud Judæos obtinente Amos Syrach, cujus nepos Jeſus Syrach ſcripſit *παράφτον.* — — *Eccleſiæ Chriſti, ſeptuaginta Interpretum autoritati, ab Eleazaro tunc Pontifice ad hoc tantum opus electorum, neminem judicant præferendum: quia etſi non in eis unus apparuiſſet Spiritus, ſine dubitatione divinus, ſed inter ſe verba interpretationis ſuæ tot docti more hominum contuliſſent, ut quod placuiſſet omnibus hoc maneret; nullus eis unus interpres deberet anteponi. Cùm verò tantum in eis ſignum divinitatis apparuit* (de quo in alia eſt oratione *Parænesi ad Græcos* ſuprà dictum) *profectò quiſquis alius illarum Scripturarum ex Ebræa in quamlibet aliam linguam interpres eſt verax, aut congruit ſeptuaginta illis interpretibus, aut ſi congruere non videtur, altitudo ibi prophetica eſſe credenda eſt. Spiritus enim qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipſe erat etiam in Septuaginta viris, quando illa interpretati ſunt.* Auguſtinus de Civitate Dei lib. 18. cap. 54. LANG.

Ibidem, *Ὁμοίως ὑμῖν ἀναμφήτητος ἡ κολάζοντες ἡμᾶς*] De hoc Judæorum in Chriſtianos odiô & iniquitate, etiam in dialogo cum Tryphone aliquoties queritur Juſtinus. Nec tacent de eadem Scriptores alii. Ita Tertullianus in Scorpiaco cap. 10. *Synagogas Judæorum, fontes vocat perſecutionum.* Idemque de gente iſta loquens, lib. 1. ad Nat. cap. 14. *Quod aliud genus*, ait, *ſeminarium eſt infamiæ noſtræ?* Et ex paſſione B. Polycarpi, ab Eccleſiâ Smyrnenſi apud Euſebium lib. 4. cap. 15. accuratè deſcripta, plus ſatis conſtat, quanto conatu, occaſionem nacti, Chriſtianorum vexationes, mortemque adeò ipſam, Judæi promoverint; imò quod ipſis interdum Gentilibus alacriores ſe heic præſtiterint. Similiter perſecutionum meminit, quas ſuô tempore à Judæis Chriſtiani ſunt experti, Cyprianus, ſub finem libri de bono Patientiæ. Adde quæ habent Ruffinus, Hiſtoriæ Eccl. lib. 1. cap. 37. Socrates lib. 7. cap. 13. Sozomenus lib. 2. cap. 12. & 8. ubi Judæos vocat *τρόπον τινὰ φύσει κακὸ βασκανίας ἕνεκα τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν ἐκπολεμοῦντες, qui præ invidiâ ipſis inſita, naturâ quodammodo hoſtes ſint Chriſtianæ religionis*; quemadmodum libro 5. cap. 22. ait, *ὅτι μίσει ἀσπόνδῳ ἕνεκα αὐτὸς* (*Χριστιανὸς*) *εἶχον οἱ Ἰουδαῖοι, quod Judæi inexpiabili odiô eos* (Chriſtianos) *proſequantur.* Ipſe etiam ſacer Codex de odio hoc paſſim teſtatur: & ſpeciatim, quod Gentilium animos adverſus noſtros Judæi exacerbaverint, conſtat ex Act. XIV. 2. ubi ſcribit Evangeliſta: *οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν.* Conſer ibid. comma 19. & cap. XVII. 5. 13. 1. Theſſal. II. 14. ſeqq. Nec ignoravit Judaicum iſtud odium Perſarum Rex Coſroes: qui, Cæſareæ Cappadociæ, Damaſci, Jeroſolymæ, imperante Heraclio, potitus, multos Chriſtianos (nonaginta circiter millia fuiſſe tradunt) Judæis divendidit, crudeliter ab illis necatos. Vide Sigebertum Gemblacenſem Chronograph. ann. IↃCXVII. alioſque illorum temporum ſcriptores. KORTHOLT.

Eadem pag. 72. *Ἐν τῷ νῦν γεγενημένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ*] Hoc eſt illud bellum, quod anno XVI. Hadriani cœptum, & XVIII. confectum eſſe ſcribit Euſebius, Hiſtoriæ Eccleſ. lib. 4. cap. 6. tantâ cum Judæorum calamitate, ut ex eo tempore nec pedem in agrum Jeroſolymitanum inferre fuerint permiſſi. Quo de infrà dicimus, ad verba: *ὅτι δὲ φυλάσσεται.* Mentio quoque belli iſtius habetur ſub initium Dialogi cum Tryphone. KORTHOLT.

Ibidem, *Εἰ μὴ αἰροῖντο Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, καὶ βλασφημοῖεν*] De ſe nimirum ipſo memorat S. Paulus, quod, cùm perſequeretur adhuc Chriſtianos, coëgerit ipſos *βλασφημεῖν*, Actor. XXVI. 11. Conſer 1. Timoth. I. 13. Sic etiam qui apud Gentiles teſtari volebant, ſe Chriſtianos non eſſe, & è perſecutorum manibus dimitti, CHRISTO convicium facere jubebantur. Quo

pertinet illud Tertulliani in Scorpiaco cap. 9. *Prospexerat* Christus, *& hanc vim plerumque in expugnatione nominis subsecuturam, ut qui se Christianum negasset, ipsum quoque* CHRISTUM *compelleretur blasphemando notare.* Ita cùm, tradente apud Eusebium lib. 4. cap. 15. Ecclesiâ Smyrnensi, ad ἀπηγησίαν Polycarpum solicitaret Asiæ Proconsul, ajebat inter alia: λοιδόρησον τὸν Χριστόν, *Conviciare* CHRISTO! Et Plinius ad Trajanum scribit, epistola 97. libri 10. inde se didicisse, dum de Christianis in Bithynia cognosceret, quinam falsò fuissent eo nomine delati, ac proinde dimittendi; quod Cæsaris Deorumque simulacra venerati sint, & CHRISTO maledixerint: cùm horum nihil cogi posse dicerentur, qui essent revera Christiani. Nimirum ἐδεὶς ἐν πνεύματι Θεοῦ λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν, 1. Corinth. XII. 3. Vide Commentarium nostrum in dictum Plinii locum. KORTHOLT.

Pag. 73. Ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν προσδοκήσουσιν αὐτὸν πάλιν παραγενόμενον] *Nam prior ejus adventus nondum erat desideratus omnibus gentibus. Non enim quem debebant desiderare, sciebant, in quem non crediderant.* Augustin. de Civit. lib. 18. cap. 47. LANG.

Pag. 74. Προαναβλητικὸν ἦν τὸ πάθος] *Illud,* Lavat in vino stolam suam, *significat lavaturum in sanguine proprio corpus suum, amictum & pallium* (πεπλωμένον) *Deitatis.* Apud Theodorit. in Dial. 1. LANG.

Ibidem, Ἐκ θείας δυνάμεως] Athanasius: *Pater per verbum operatus est vitem, & corpus Dominicum est. Vitis autem dicitur Dominus, propter corporalem quæ ei cum palmitibus* (*nos autem hæ sumus*) *intercedit cognationem.* LANG.

Pag. 75. Λόγῳ θείῳ] *Verbum* (quod erat in principio apud Deum, *Hieronymus*) *quod vidit Esaias filius Amos super Judam & Hierusalem.* Esa. 1. *Factum est verbum Domini ad Hieremiam in diebus Josiæ, filii Amon, regis Juda.* Hierem. 1. *Factum est verbum Domini super Joannem Zachariæ filium in deserto.* Lucæ 3. LANG.

Pag. 75. Ἐπὶ Κυρηνίου] Nota locum hunc illustrem, ubi sub Cyrenio seu Quirinio censum fuisse actum, ita confirmat Justinus, ut etiam ad censuales ejus tabulas provocare non dubitet. Eximium namque contra eos argumentum id est, qui mendum in textu sacro Luc. II. 2. suspicantur. Similem in modum Chrysostomus, serm. de diversis N. T. locis 31. qui est in Christi natalem, ubi jamjam dictum Evangelistæ comma illud repetiisset, ὅθεν δῆλον, subjicit, ὅτι κἂν τὴν ἀπογραφὴν (ὁ Χριστὸς) ἐπέχῃ τοῖς ἀρχαίοις τοῖς δημοσίοις κειμένοις κἀνθένδε ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἔξεσι συντυχόντα, κἂν τὸν καιρὸν τῆς ἀπογραφῆς μαθόντα ἀκριβῶς εἰδέναι τὸν ἑκάστοτε. *Ex his liquet, primæ descriptionis tempore* Christum *natum esse. Et cui veteres Codices, qui Romæ publicè adservantur, lectitare liceat, persacile etiam tempus hujus descriptionis accuratè discere poterit.* Observa porro, quod ἐπέχοντα potiùs, quàm ἡγεμόνα Cyrenius hoc Justino dicatur; ἐπέχοντα nempe ad actum ἀπογραφῆς illius, non communis, quales reliquis, sed inter πρέποντες Cæsaris, ob idipsum negotium in alias provincias missos. Cæterà enim major longè dignitas Quirini erat, quàm ἐπέχοντος. Confer Justinum infrà. KORTHOLT.

Pag. 76. ὧν τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων] Tertullianus, Apolog. cap. 21. ubi de passione & resurrectione Servatoris dixerat, subjungit: *Ea omnia super* CHRISTO *Pilatus, & ipse jam pro sua conscientia Christianus, Cæsari tum Tiberio nunciavit.* Confer quæ idem habet supra cap. 5. Similiter Eusebius Historiæ Eccles. lib. 2. cap. 2. Καὶ δὴ τῆς παραδόξου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεώς τε καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῖς πλείοσιν ἤδη φοιτώσης κατεπῴκησε, πολλοῦ κεκραγότος ἔθους τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι, τὰ πρὸς σφίσι κατορθώματα χρῆναι τοῦ θεσπίσαντος ἀρχὴν ἐπικρατῆσαι σημαίνειν, ὡς ἂν μηδὲν αὐτὸν ἀμφιδοξήσειεν τῶν γινο-

γενομένων, τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας ἤδη κατ' ὅλης Παλαιστίνης βεβοημένα, Πιλάτου Τιβερίῳ βασιλεῖ κομίσαντι· ὡς πάς τε ἄλλως αὐτὸς πυθόμενος τερατείας, καὶ ὡς ὅτι μὴ δυνατὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, ἤδη θεὸς εἶναι πιστοῖς τοῖς πολλοῖς ἐπεπίστευτο. *Cùm admiranda Servatoris nostri resurrectio, ejusdemque in cœlum ascensio, omnium penè sermonibus jam pervulgata esset, quoniam vetus hæc erat consuetudo provinciarum Rectoribus, ut, quidquid novi apud ipsos contigisset, Imperatori nunciarent, ne quid ipsum lateret; Pilatus de resurrectione Servatoris nostri JESU CHRISTI, cujus per universam Palæstinam celebris erat fama, ad Tiberium Principem retulit; multa quoque alia ejusdem miracula se auditu accepisse significans, & qualiter ad vitam denuo revocatus, à plerisque jam Deus haberetur.* Hæc Eusebius; qui mox ad supra laudati Tertulliani testimonium heic provocat, eandemque rem brevius in Chronico suo narrat. Eusebii verba leviter immutata describunt Cedrenus & Zonaras. Paulus quoque Orosius, libro 7. cap. 4. *Postquam passus est Dominus CHRISTUS,* ait, *atque à mortuis resurrexit, & discipulos suos ad prædicandum dimisit, Pilatus, Præses Palæstinæ provinciæ, ad Tiberium Imperatorem atque ad Senatum retulit de passione & resurrectione CHRISTI, consequentibus virtutibus, quæ vel per ipsum palam factæ fuerant, vel per discipulos ipsius in nomine ejus fiebant, & de eo, quod, certatim crescente plurimorum fide, Deus crederetur.* Gregorius Turonensis Histor. lib. 1. cap. 24. *Pilatus gesta* Domini *ad Tiberium Cæsarem mittit; & ei tam de virtutibus CHRISTI, quàm de passione & resurrectione ejus insinuat: quæ gesta hodie apud nos retinentur scripta.* Nempe circumferuntur hodieque Acta, ipsaque Pilati ad Tiberium epistola; cæterum haud dubiè à plano aliquo conficta: uti sanè ejusmodi impostoris nihil olim erat usitatius. KORTHOLT.

Pag. 77. Ἀπὸ προσώπου τοῦ πατρὸς] *Potest hic locus & de Deo patre intelligi; sed magis refertur ad filium, quòd non cognoverit eum, neque susceperit populus Israel.* Hieron. Et in persona filii acceptus eis congruit, quæ in eandem sententiam circa finem hujus orationis referuntur. LANG.

Pag. 78. Λόγος Κυρίου ἐκ Ἰερουσαλὴμ] *In Hierusalem primùm fundata Ecclesia, totius orbis Ecclesias seminavit, atque de hoc fonte omnes nationes doctrinâ Dei sunt irrigatæ.* Hieron. LANG.

Pag. 78. Ἀπὸ γὰρ Ἰερουσαλὴμ ἄνδρες δεκαδύο] Augustinus libro 22. de Civit. Dei cap. 5. *Ipse modus, quo mundus credidit, si consideretur, incredibilior invenitur. Ineruditos liberalibus disciplinis, & omnino, quantum ad istorum doctrinam, impolitos, non peritos Grammaticæ, non armatos Dialecticâ, non Rhetoricâ inflatos piscatores CHRISTUS cum retibus fidei ad mare hujus seculi pauciſſimos misit: atque ita ex omni genere tam multos pisces, & tanto mirabiliores, quanto variores, etiam ipsos Philosophos, cepit. — Incredibile est, homines ignobiles, infimos, pauciſſimos, imperitos, rem tam incredibilem tam efficaciter mundo, & in illo etiam doctis, persuadere potuisse.* Confer epist. 3. & Lib. de vera Religione cap. 3. Vide item Origenem lib. 3. contra Celsum, lib. 4. περὶ ἀρχῶν cap. 1. Philocal. cap. 4. Eusebium de laudibus Constantini cap. 17. & Demonstr. Evang. lib. 3. cap. 8. Isidorum Pelusiotam lib. 1. epist. 4. Athanasium de Incarnatione Verbi, Theodoritum contra Græcos lib. 8. 9. &, qui præ cæteris argumentum hoc pro Christianæ religionis veritate crebrò multaque cum facundia urget, Chrysostomum in Matth. homil. 24. in Joann. homil. 1. in 1. Corinth. homil. 3. orat. contra Gentes, alibi. KORTHOLT.

Ibidem, ἡδέως, ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν, ἀπεδυνήσκομεν] Melito Sardianus, apud Eusebium libro 4. cap. 26, ita id effert: ἡμεῖς ἡδέως φέρομεν τὸν τούτου θάνατον τὸ λέγειν. Tertullianus Apolog. cap. 49. *De iniquitate sævitiæ* Ethnicæ *non modò cæcum hoc vulgus exultat; sed & quidam vestrûm, quibus favor vulgi de*

iniquitate captatur, gloriantur: quasi non totum, quod in nos potestis, nostrum sit arbitrium. Certè, si velim, Christianus sum: nunc ergo me damnabis, si damnari velim. Cùm verò quod in me potes, nisi velim, non potes, jam meæ voluntatis est, quod potes, non tuæ potestatis. Proinde et vulgus vanè de nostra vexatione gaudet: proinde et nostrum est gaudium, quod sibi vindicant; qui malumus damnari, quàm à Deo excidere. Atque hanc voluntariam pro fide passionem, stultitiam infidelibus fuisse visam, Lactantius notat Institut. lib. 5. cap. 13. *Stultos arbitrantur esse*, scribens, *qui, cùm habeant in sua potestate, supplicia vitare, cruciari tamen et emori malunt.* Ac sanè, nisi de religionis suæ veritate tam certi fuissent Christiani, vani fuissent, stolidi, bruti, quod, *cùm potuissent* cum Paganis *et unanimiter vivere, et inoffensas ducere conjunctiones, gratuita suscepissent odia*, dicente Arnobio libro 1. KORTHOLT.

Eadem pag. 78. Ἐις πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν] *Circumferentium legem ex Sion profectam, & sermonem Domini ex Hierusalem, ut fieret quod scriptum est: longè quique à justitia mea, appropinquarunt justitiæ meæ & veritati.* Tertull. lib. 3. adverſ. Marcion (cap. 22.) LANG.

Pag. 79. Διαμέμερισται τὰς διαμὰς αὐτῶν] Referuntur poſtrema hæc verba ad ſanctos Apoſtolos quoque, adverſarios Chriſti ſic alloquentes. *Cùm enim* (Tertullianus, ubi ſupra, inquit) *negocio ſuo* (Evangelii prædicandi) *accingerentur Apoſtoli, renunciaverunt Presbyteris & archontibus & ſacerdotibus Judæorum, ejus Dei prædicatores, cujus ſcripturam tum maximè implebant.* Divertite, divertite, *inclamat Eſaias*, excedite illinc, & immundum ne attigeritis; *blaſphemiam ſcilicet in Chriſtum.* Excedite de medio ejus, *utique Synagogæ.* Separamini, qui Domini cauſam portatis. *Jam enim* revelaverat Dominus brachio ſuo ſanctum: *id eſt, virtute ſua Chriſtum coram nationibus, ut viderent univerſæ nationes & ſummam terræ ſalutem, quæ erat à Deo. Sic & ab ipſo Judaiſmo divertentes, cùm legis obligamenta & onera Evangelicâ jam libertate mutarent, pſalmum exequebantur*: Diſrumpamus vincula eorum, & abjiciamus à nobis jugum eorum: *Poſtea certè quàm* tumultuatæ ſunt gentes, & populi meditati ſunt inania, &c. *Quæ dehinc paſſi ſunt Apoſtoli? omnem, inquis, iniquitatem perſecutionum juxta prædictionem illam*: Videte, quomodo perit juſtus, nec quiſquam excipit corde: & viri juſti auferuntur, nec quiſquam animadvertit. A perſona enim juſticiæ ſublatus eſt juſtus: *quis? niſi Chriſtus?* Venite, *inquiunt*, auferamus juſtum, quia inutilis eſt nobis. LANG.

Ibidem, Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.] *Unde vox illa Patris, quæ ſuper baptizatum* (Chriſtum) *facta eſt*: Ego hodie genui te? *non unum illum temporis diem quo baptizatus eſt, ſed immutabilis æternitatis oſtendit, ut illum hominem ad unigeniti perſonam pertinere monſtraret. Ubi enim dies nec heſterni fine inchoatur, nec initio craſtini terminatur, ſemper hodiernus eſt.* Auguſt. in Enchirid. ad Laurent. cap. 49. *Non facilè invenitur Dominus Chriſtus Patrem Dominum dicere, tanquam ſuum Dominum, antequam ſumeret carnem: nam ſecundum id quod formam ſervi accepit, non incongruenter id dici videtur, ſecundum futuræ rei propheticam, & illud in Pſalmo*: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, &c. Idem quæſt. ſup. Gen. cap. 59. LANG.

Pag. 80. Γινωσόμενα προλέγει ὡς ἤδη γενόμενα] *Divinitati competit, quæcunque decreverit ut perfecta repuare: quia non ſit apud illam differentia temporis, ad quam uniformem ſtatum temporis dirigit æternitas ipſa. Et divinationi propheticæ magis familiare eſt, id quod proſpiciat, dum proſpicit, jam viſum, atque ita jam expunctum, id eſt omnimodo futurum demonſtrare.* Tertull. lib. 3. adverſ. Marcion. LANG.

Ibidem, Εἰ δὲ ἀμαρτεῖ] Hanc de libertate humana contra fatalem neceſſitatem materiam fusè inprimis perſequitur, etiam ex Origene advocatis argumentis,

mentis, Euſebius Præpar. Evangel. libro 4. Videantur quoque Clemens Alexandr. Stromat. 1. Epiphanius contra Hæreſes lib. 1. tom. 1. Chryſoſtomus in Matthæum homil. 60. & orat. de Providentia, Auguſtinus libro de vera Religione cap. 14. & epiſt. 46. Nemeſius libro de natura Hominis cap. 36. ſeqq. Damaſcenus lib. 2. de Fide orthodoxa cap. 7. & ex recentioribus Suarez Metaph. diſput. 19. ſect. 2. Mendoza de Anima diſput. 15. ſect. 2. aliique paſſim. KORTHOLT.

Eadem pag. 80. Οὐκ ἂν ποτε τῶν ἐναντίων δικαίως ἦν] *Non dicimus illum naturâ malum, & illum naturâ bonum. Si enim eſt naturâ bonus, nunquam fieri poterit malus: & ſi naturâ malus, nunquam fiet bonus.* Chryſoſt. LANG.

Pag. 81. Ἐὰν θέλητε &c.] *Voluntaria eſt electio, & delectus veritatis ſpontaneus: & ex omnibus hominibus* (ad ſalutem) *vocatis, qui obedire vocanti in animum induxerunt, vocati dicuntur. Non eſt enim apud Deum iniquitas ſive injuſticia, neque nobis Deus prævitatis eſt autor. Et qui ex utroque genere* (Judæorum & Gentium) *credunt, peculiaris ſunt populus Dei. Atque in ipſis Apoſtolorum Actis ad verbum ſcriptum reperias*: Qui itaque verbum ejus acceperunt, baptizati ſunt: *qui verò obedire noluerunt, ſeipſos alienarunt ſcilicet. Ad eos prophetia loquitur*: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: *in noſtra poteſtate ſitum eſſe arguens, & deligendi & rejiciendi vim. Atqui neque laudes neque vituperationes, atque itidem neque honores neque ſupplicia juſta eſſent, ſi animus hominis non liberam obtineret poteſtatem aliquid incipiendi, & aggrediendi, ſed involuntaria & contra animi ſententiam eſſet vitioſitas.* Clem. Alexandr. Stromat. (lib. 1. pag. 313. ſequ.) LANG.

Ibidem, Καὶ Πλάτων εἰκότως] Idem Clemens V. Context. (id eſt, Stromatum prope finem pag. 613. edit. Pariſ.) *Liberum*, inquit, *arbitrium Plato hiſce verbis indicavit: Virtus autem libera eſt* (ἀδέσποτος) *nullum habens dominum, quam honeſtans & dehoneſtans plus & minus pro ſe quiſque participat. Cauſa deligentis eſt, Deus culpa caret* (αἰτία ἑλομένου, Θεὸς δ' ἀναίτιος.) *Malorum namque Deus nunquam cauſa eſt & autor. O Troës bellicoſi* (Lyricus inquit) *Jupiter ſummus regnator qui cuncta inſpicit, non eſt autor mortalibus magnarum ærumnarum: ſed omnibus hominibus in medio propoſitum eſt, ut aſſequantur juſticiam ſanctam & caſtam, Eunomiæque & bonarum legum & Themidis prudentis comitem & aſſeclam. O vos beatorum hominum pueros, qui tam commodam & utilem inveneritis contubernalem. Pindarus etiam idem aperte inducit Jovem Servatorem Themidi cohabitantem, Regem, Servatorem & juſtum hoc modo interpretans: Primum quidem Themidem juris conſultam cœleſtemque aureis equis prope Oceani firmum littus Parcæ ad ſacras Olympi ſcalas duxêre via prolixa & vetuſta, Servatoris ut Jovis eſſet conjunx: illa verò cùm bona eſſet, Servatores peperit, frenos aureos habentes, & præclaros fructus ferentes, &c.* LANG.

Pag. 82. Ἐλέγχοντες δὲ μὴ ἀκριβῶς νοήσαντες] *Philoſophi nullam rationem attulerunt, cur humanum genus vel creatum vel conſtitutum eſſet à Deo. Noſtrum hoc officium eſt, ſacramentum mundi & hominis exponere: cujus illi expertes, ſacrarium veritatis nec attingere, nec videre potuerunt.* Lactant. lib. 7. cap. 3. *Plato quidem multa de uno Deo loquutus eſt, à quo ait conſtitutum eſſe mundum: ſed nihil de religione. Somniaverat enim Deum, non cognoverat.* Idem lib. 5. 15. LANG. Idem innuit Apologia altera, dum ait, Gentilium ſcriptores ἀμυδρῶς vidiſſe, quidquid viderint veri: ἕτερον γάρ ἐστι, inquiens, αὐτόμαθον τοὺς τῆς μιμήσεως δύναμιν δοῦναι, ἕτερον αὐτὸ ἐξ ἀρχῆς χάριν τὴν ἀπ' ἐκείνου ἡ μετουσία τῆς μιμήσεως γίνεται. Vide quæ ibi notamus. KORTHOLT.

Ibidem, Θάνατον φεύξεσθε τῶν τοῦ Ὑστάσπου, ἢ Σιβύλλης] Librorum fatidicorum lectionem apud Romanos non permiſſam fuiſſe promiſcuè omnibus, ex

ex historia notum. Custodiebantur videlicet à Quindecimviris S. F. neque aperiebantur, certè nihil ex iis in publicum proferebatur, sine jussu Senatûs: nempe, ne privati homines & factiosi, Sibyllarum freti auctoritate, aut in patriis ceremoniis, aut in Republica aliquid novarent: Unde culeo insutus M. Attilius, & in mare fuit conjectus, quod diceretur oracula Sibyllina, suæ fidei commissa (erat enim Duumvir S. F.) Petronio Sabino describenda dedisse. Vide Dionysium Halicarnasseum lib. 4. Valerium Maximum lib. 1. cap. 1. Adde & Dionem Cassium lib. 54. ubi Augustum Cæsarem constituisse narrat, ut solis Pontificibus integrum esse debeat, sua manu Sibyllinos libros exscribere, ne quis alius eos legeret. Τὰς ἱερίας, inquit Dio, αὐτοχειρίας σφῶν ἐκάλυσεν, ἵνα μηδεὶς ἔτι αὐτὰ ἀναλέξηται. KORTHOLT.

Eadem pag. 82. Ὑδάσπης] Quia aliquoties apud Justinum fit mentio Hydaspis, ut scriptoris & vatis, Sibyllæ & prophetis nostris suffragantis; vaticinium ejus illustre ex Lactantii lib. 7. cap. 15. hîc subscribam: *Hydaspes quoque, qui fuit Medorum rex antiquissimus, à quo amnis quoque nomen accepit qui nunc Hydaspes dicitur* (Horatius fabulosum vocat) *admirabilis omnium, sub interpretatione vaticinantis pueri ad memoriam posteris tradidit, sublatum iri ex orbe imperium nomenque Romanum, multo ante præfatus quàm illa Trojana gens conderetur.* Idem ibid. cap. 10. *Idem Hystaspes descriptâ iniquitate seculi hujus extremi, pios ac fideles à nocentibus segregatos, ait cum fletu & gemitu extensuros esse ad cælum manus, & imploraturos fidem Jovis. Jovem respecturum ad terram, & auditurum voces hominum, atque impios extincturum. Quæ omnia vera sunt, præter unum, quod Jovem dixit illa facturum, quæ Deus faciet. Sed & illud non sine dæmonum fraude subtractum est, missum iri à Patre tunc filium Dei, qui deletis omnibus malis pios liberet.* LANG.

Eadem pag. 82. Κἂν ὀλίγοι δὲ πείσωμεν] Idem ferè argumentum tractat, sed majori verborum apparatu, ipsâ interim illâ de agricola similitudine inter cæteras usus, disertissimus Chrysostomus, homilia 1. de Lazaro. KORTH.

Pag. 83. Καίπερ θανάτου ὀφειλόντων] Origenes libro 1. contra Celsum: οἶμαι, ὅτι ὁ ἐνυγρωμένος ἐξετάζων περίεργα, οὐκ ἂν λέγοι, τίνες (τοὺς Ἀποστόλους) ἑαυτοὺς παραδεδωκέναι ἀδιστάκτῳ βίᾳ ἐπὶ τὴν Ἰησοῦ διδασκαλίας, χωρὶς πυθομένης πειθοῦς, ἣν ἐνέπνευσεν αὐτοῖς διδάσκων, ὁ μόνος ἀμοιβαίως καὶ τὰ μέλλοντα αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἀληθεύειν, ἀφύκτως ἔχοντα, ὡς ἀφελὲς τὸν ἀνθρώπων ὄχλον, ὀλίγοις τοῖς πολλοῖς πιστεύειν καὶ ἀφελὲς πάντας καινοτομεῖν καὶ μηδένα ἀνθρώπων ἰμάτιον τοῖς πατρίοις δόγμασι καὶ ἔθεσι, φίλον ἑαυτῷ νομίζειν. *Arbitror, neminem, qui recte res examinet, dicturum,* Apostolos *elegisse vagam vitam prædicandæ* JESU *doctrinæ gratiâ, absque vehementi fiducia, quam eis Magister indidit, non solùm vivendi juxta suam disciplinam, verùm etiam alios instruendi ad vitæ rationem similem, cùm talis esset rerum status, ut capitale periculum præsto esset audenti novare vulgò receptos ritus ubique gentium, & omnes veterum opinionum tenaces infensos sibi reddendi.* Nimirum quod suaserat Augusto Mæcenas, ut in peregrinarum religionum auctores suppliciis animadverteret, id certè apud Romanos ita observabatur. Quam in rem Julius Paulus, Jurisconsultus sub Antonino Caracalla celebris, Sentent. recept. lib. 5. tit. 21. *Qui novas*, ait, *& usu vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur.* Nec mitior talium fuit apud alios populos conditio. Vide quæ de Persis & Scythis Josephus notat libro 2. contra Apionem: ubi & Athenienſium facit mentionem, de quibus legatur quoque heic Diogenes Laertius libro 2. cap. 5. 9. imò ipse sacer Codex Actor. XVII. KORTHOLT.

Ibidem, ἀφ' ἑτῶν ἑκατὸν πυτήκοντα] Ita Julianus Apostata, apud Cyrillum Alexandr.

Alexandr. libro 6. cavillatur, quod JESUS noſter non niſi *annos trecentos celebretur*, (περὶς τῖς τριακοσίοις ἐνιαυτοῖς ὀνομάζηται) & impius ille Celſus, apud Origenem libro 1. JESUM *ante valdè paucos annos* (πρὸ πάνυ ὀλίγων ἐτῶν) Chriſtianæ *doctrinæ Inſtitutorem fuiſſe* dicit. Similiter apud Arnobium libro 1. Chriſtianiſmus ex Gentilium mente appellatur *religio novella, ante dies nata propemodum paucos*. Et apud Prudentium, hymno περὶ στεφ. XIV. 184. Aſclepiades, Judex profanus, cum S. Romano diſputans, inter cætera blaſphema,

Hic nempe CHRISTUS, ait, *haud olim fuit;*
Quem tu fateris ipſe ſubfixum cruci.

Eodemque pertinet, quod Euſebius Hiſtor. Eccleſ. libro 1. cap. 2. & 4. ſignificat, propoſitum ſibi eſſe inter alia in ſua Hiſtoria, vindicare antiquitatem fidei Chriſtianæ contra eos, qui *recentem illam* eſſe, *herique aut nudius tertius natam* (νέαν, χθὲς κὴ ὑ πρώτερον φανεισαν) *exiſtiment*. Confer porro eundem Euſebium Hiſtoriæ lib. 5. cap. 1. Juſtinum ipſum Epiſt. ad Diognetum, quæque ibi notamus ad verba : καινὸν τοῦτο γένος. KORTHOLT.

Eadem pag. 83. Τῶν προγεγενημένων πάντων ἀνθρώπων] Conſtantinus M. apud Euſebium libro 2. de ipſius vita cap. 57. οὐδὲ γὰρ ἐστι καινὸν οὐδὲ τι πάντερον τὸ καθ' ἡμᾶς· ἀλλ' ἐξ ἄκρε τῶ τῶν ὅλων διακόσμησιν παλαίως χεχρονικὰς πεπεισύκαμεν, μὴ τῆ σεβέποντός σε σεβάσμιον τοῦτο περιελεῖσθαι. ἰσοφάλη δὲ τὸ ἀνθρώπινον γένος, πλάνως πανταχοῦ πεφερημένον. ἀλλὰ σὺ γε διὰ τῆ σῆ ψυχῆ, ἵνα μὴ τὸ κακὸν ἐπὶ πλέον ἐπιδρόμη, καθαρὸν φῶς ἀναλάμπεις, ὑπέμνησας πρὸς σεαυτὸν τοὺς πάντας. *Neque nova ac recens eſt noſtra religio : ſed, ex quo hujus mundi fabricam aptè diſpoſitam ſtetiſſe credimus, tu*, Deus, *hanc religionem cum debita tui nominis obſervantia inſtituiſti. Porro humanum genus variis ſeductum erroribus impegit. Sed tu, ne hoc malum ampliùs ingraveſceret, per filium tuum ſplendidiſſimam attollens facem, cunctos de numinis tui cultu admoniſti.* Gemina Euſebius habet libro 1. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 4. cum quo confer heic Prudentium in Romano, ſive hymno περὶ στεφ. XIV. 621. ſeqq. Philaſtrium, lib. de Hæreſibus, hær. LXI. KORTHOLT.

Ibidem, Σωκράτης κὴ Ἡράκλειτος] Similis habetur locus in Apologia altera. Ad quem citavimus Caſaubonum Exerc. I. 1. qui & heic conſulatur. KORTHOLT. Ad declarandum locum iſtum paradoxum & inopinabilem orationis hujus, in quo cum Abraam, Elia, &c. Socrates & Heraclitus ita exæquantur, ut ii non minùs quam illi Chriſtiani eſſe dicantur, beati Auguſtini ſententiam proferre libitum eſt, ex Lib. de Civit. 18. cap. 47. quæ ſic habet : *Homines quoſdam non terrenâ, ſed cæleſti ſocietate ad veros Iſraelitas ſupernæ cives patriæ pertinentes, etiam in aliis gentibus fuiſſe, negare* [Judæi] *non poſſunt. Quoniam ſi negent, facilimè convincuntur de ſancto & mirabili viro Job : qui nec indigena, nec proſelytus, id eſt advena populi Iſrael fuit, ſed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus eſt : qui divino ſic laudatur eloquio, ut quod ad juſticiam pietatemque pertinet, nullus ei homo ſuorum temporum coæquatur. Quæ tempora ejus quamvis non inveniamus in Chronicis, colligimus tamen ex libro ejus, quem pro ſui merito Iſraelitæ in autoritatem canonicam receperunt, tertiâ generatione poſteriorem fuiſſe quàm Iſrael. Divinitus autem proviſum fuiſſe non dubito, ut ex hoc nos ſciremus, etiam per alias gentes eſſe potuiſſe, qui ſecundum Deum vixerunt* (Juſtinus dixit μετὰ τῦ λόγυ) *eique placuerunt, pertinentes ad ſpiritualem Hieruſalem. Quod nemini conceſſum fuiſſe credendum eſt, niſi cui divinitus revelatus eſt unus mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus, qui venturus in carne ſic antiquis ſanctis præmunciabatur, quemadmodum nobis veniſſe nunciatus eſt : ut una eademque fides per ipſum omnes in Dei civitatem, in domum Dei, in Dei templum prædeſtinatos perducat ad Deum.* De Socrate idem in hoc Opere, lib. 8.

cap. 3. ita ſcribit: *Nolebat, ſicuti de illo quidam benevolentiùs ſuſpicantur, immundos terrenis cupiditatibus animos ſe extendere in divina conari: quandoquidem ab eis cauſas rerum videbat inquiri, quas primas atque ſummas, non niſi in uniùs veri ac ſummi Dei voluntate eſſe credebat. Unde eas non putabat niſi mundatâ mente poſſe comprehendi: & ideo purgandæ bonis moribus vitæ cenſebat inſtandum, ut deprimentibus exoneratus animus, naturali vigore in æterna ſe attolleret, naturamque incorporei & incommutabilis luminis, ubi cauſæ omnium factorum ſtabiliter vivunt, intelligentiæ puritate conſpiceret.* Hæc Auguſt. Porrò Juſtini & Auguſtini ſententiam confirmare videtur Apoſtolus Paulus, inquiens: *Palam ſit ira Dei de cœlo, adverſus omnem impietatem & injuſtitiam hominum, qui veritatem in injuſtitia detinent: propterea quod id quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in illis: Deus enim illis patefecit, &c.*: &: *Gloria, & honor, & pax omni operanti bonum, Judæo primùm, ſimul & Græco. Non enim eſt perſonarum reſpectus apud Deum, &c.* Quæ verba Chryſoſt. de eis Græcis exponit, qui ante natum Chriſtum fuere: Paulum dicens nomine Græci hîc non idolorum cultorem, ſed eum deſignare hominem, qui Deum adoret & vereatur, ceremoniis Judaicis, quales ſunt circumciſio, purificatio, &c. non obſtrictus. Et: *Nam cum gentes quæ legem* (Judaicam ſcriptam) *non habent, naturâ quæ legis ſunt fecerint; eæ legem* (ſcriptam) *non habentes, ſibi ipſis ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, ſimul atteſtante illorum conſcientiâ, & cogitationibus inter ſe accuſantibus, aut etiam excuſantibus, in eo die cùm judicabit Dominus occulta hominum,* Rom. I. & II. *An Judæorum Deus tantùm? annon & gentium? certe & gentium.* Rom. 3. Indicatur nimirum ab Apoſtolo arcanus τῦ λόγυ Dei afflatus, quem homines omnes participant, quamvis non omnes μετὰ λόγυ rationabiliter vivant. Jam verò & illud conſtat, permultis extra Iſraelem ſe Deum patefeciſſe: veluti Patriarchis omnibus, qui ante Abraam incircumciſi, longiſſimè à lege poſthac latâ diſſiti, per gratiam Dei in fide ſunt ſalvati. Id quod in Tryphone pulchrè Juſtinus explanat, adeo ut Deus cum Abraham fœdus vetus potiùs renovâſſe, quàm novum pepigiſſe dici queat. Quis ſanè è Chriſtianorum catalogo expungat Melchiſedech ἀγενεαλόγητον, hoc eſt, cujus genus ignoratur? quis à Dei gratia & ſanctorum conſortio proſcribat eos, qui ſua in Scripturis ſacris habent elogia! Abimelech Philiſtæum, qui ſe metu Dei à conjuge Abrahæ abſtinuit: Jethro Madianitam: Ruth Moabitidem, ad quam Domini Chriſti genus refertur: Rachab Chanaanitidem: Reginam Saba, quæ ad Salomonem venit? Quis Hyram Tyrium, Salomonis ejuſdem in ædificando Hieroſolymis templo adjutorem? Quis Naaman Syrum? Quis Niniven Aſſyriorum civitatem, quæ à Deo per pœnitentiam miſericordiam impetravit? An verò Joſeph ipſe, & Iſraelitæ reliqui in Ægypto, ac rurſum Judæi in Babylone, ubi in captivitate vixere, piâ converſatione ſua per gratiam Dei non aliquas ex gentibus lucrifecerunt animas? Atque equidem omnes iſti, & plures inſuper alii, non ſine primogenito Dei verbo Domino noſtro Jeſu Chriſto, cujus ductum ſunt ſequuti, ſalvi evaſere: nam extra hunc nulla eſt Salus. Expendant hanc ſententiam ampliùs pii Theologi, & ad veritatis regulam examinent. LANG.

Pag. 84. ὅτι δὲ φυλάσσεται ὑφ' ὑμῶν] Euſebius, Hiſtoriæ Eccleſ. lib. 4. cap 4. poſtquam narraſſet, quomodo rebelles Judæos magno & diuturno bello Hadrianus domuerit, ex Ariſtone Pellæo ſubjungit: τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνης τῆς ὥρας τὴ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπωμόσαντο ἐλθεῖν, νόμῳ δόγματι τῆ ἀμετεξίστῳ Ἀδριανῦ, ὡς ἂν μὴ ὅλ' ἐξ ἀπάντων θεωρεῖν τὸ πατρῶον ἴδαφος, ἐγκλείσαντος μόνῳ. *Ex eo deinceps tempore univerſa Judæorum gens in regionem circa Hieroſolyma ſitam pedem inferre prohibita eſt, lege & conſtitutione Imperatoris Hadriani; adeò*

adeo ut ne prospicere è longinquo patrium solum ipsis liceret. Similia idem habet Eusebius in Chronico, ad ann. XVIII. Hadriani, & Demonstrat. Evangel. libro 8. Quo posteriori loco significare videtur insuper, non urbem duntaxat Jerosolymam vicinumque illi agrum, sed regionem Palæstinæ universam ingredi tunc vetitos esse Judæos; αὐτοὶ τε, inquiens, τῆς ἰδίως χώρας ἀπηλλαντο. Quodipsum etiam Tertullianus tradit, quando libro contra Judæos cap. 13. interdictum esse scribit, *ne in confinio ipsius regionis demoretur quisquam Judæorum*; item, quod prohibiti sint Judæi ingredi in terram suam: & Apolog. cap. 21. quod, *cæli & soli sui extorres, vagentur per orbem*, nec *advenarum jure terram patriam saltem vestigio salutare* ipsis *concedatur*. Sed & Hieronymus in Esa. 6. *Post extremam vastitatem*, ait, *prohibiti sunt Judæi terram, de qua ejecti fuerant, ingredi*. Augustinus, de Palæstinâ loquens Conc. 2. in Psalm. LXVIII. *Loca illa omnia*, inquit, *& hominibus plena sunt, & Judæis inania*. Antea dixerat: *Nullus modo illuc permittitur accedere Judæorum. Ubi potuerunt adversus Dominum clamare, ibi à Domino non permittuntur habitare*. Gemina leguntur apud eundem, & eleganter sanè expressa, Enarr. Ps. LXII. & LXIV. Adde Gregorium Nazianzenum Orat. XII. ubi testatur, Judæis fas non fuisse patriam adire, & Jerosolymorum insistere solo, nisi unico anni die, quatenus, patriam prospectantes, lugere solitudinem & exilium suum possent. Quo de consule Jos. Scaligerum Animadvers. Euseb. num. MMCL. Vide & præterea heic Hilarium in Ps. LVIII. Sulpitium Severum Historiæ sacræ lib. 2. nostrumque Justinum dialogo cum Tryphone. KORTHOLT. Quod Gregorius Nazianzenus Orat. XII. dixit, idem & metro recitavit, quod ex *Langi* notis hîc addere placet. Ita verò Joannem Evangelistam inducit loquentem:

Καὶ ταῦτα μὲν πέπονθεν ὕστος ἐκ ἄκων.
Ἃ σὶ' αὖ παθεῖν δεῖ λαὸν, ὃ κρύψω κρυφῇ.
Λίποι πόλισμα βαρβάροις ἑκὼν ἄκων,
Δέλος, μέτοικος. ἐσὶ γὰρ τὸ θέσφατον,
Εἰς πᾶσαν αἰεὶ βαρβάρων ἐσπερχέρη,
Αἰχμαῖς ἁλωτὸς, πολλ' ἀνατλάσας κακά.
Ἀναμρίτως γὰρ πᾶσιν ἀνθρ πασχεῖν
Λιπεῖν πόλιν τὴν σ' ἀνοσίᾳ μιάσματος
Δίκας τίνοντας τῷ σ' ὃν ἐκτεναν φθόνῳ,
Καὶ μηκέτ' ἰδεῖν πατρίδ'. ὃ γὰρ ὑσεροῖς
Μέλειν φονῶσι ἐν πάφοις νεκρομένων.
Πόλεις δὲ πολλὰς εἰσαφίκωνται ζυγὸν
Δέλειον ἀνέλκοντες οἱ δυσδαίμονες,
Αἰχμαῖς ἁλωτοὶ, χρησμὸς ὡς λέγει θεῖ.
Πάντη διασπαρέντες, ὃ νόσον σ' ἔτη
Οἱ πάλαι ς κήσουσι, ὃδ' ἐπάνοδον.
Ἀφ' ὧ τί σ' ἐκπέρσει γ' ἀναλώμω σφαγῇ
Ἡγέμονος λόγχαισιν αὐσόνων ὁραμῶν.
Ταῦτ' ἐχὶ θνητῷ πνεῦμα ἐκφανῶς ἔφη
Εἰπόν τις, ὃν θεῖ δὲ, κρῆναι ἄρ' ὁδε
Ο' νῦν νεκῦς εἴρηκε πάντ' ἐν δυνάμει,
Οὐδὲν τι μᾶλλον τῶν θεοπεσπων ἄπο,
Αὐτὸς δὲ μᾶλλον πάντα διδάξας πάρος.
Atque hic quidem perpessus isthæc est libens
Passura sed quæ plebs siet, dicam mala.
Urbem relinquet barbaris nolens volens,
In servitutem ducta: sic visum Deo,

Ut terrâ in omni barbarâ circumvolent
Capti manus, multis malis obnoxii.
Nam parricidis reſtat illud omnibus;
Ut univerſi mœnibus cedant ſuis,
Quæ polluerunt impiis piaculis:
Panaſque dent in hoc patrati homicidii,
Livore ſaucii mero, nec ampliùs
Illis ſuam ut liceat videre patriam.
Non eſt enim pium, manere civium
Circum ſepulchra, quos nece ipſe affecris.
Vrbes adibunt plurimas ſervi, grave
Jugum trahentes, ſub corona venditi,
Paſſim pererrabunt homines miſerrimi:
Sacris ut eſt oraculis hoc proditum.
Populo nec infauſto paternos ad lares
Spes eſt reverendi relicta quæpiam,
Romanus Imperator ex quo Martiis
Vaſtaverit victor loca iſta copiis.
Homine creatus iſta non dixit patre
Quiſquam, ſed hic ſatus Deo, nunc mortuus:
Non eruditus à prophetis quippiam,
Sed ipſe doctor omnium primarius. LANG.

Pag. 85. Τὰ πυλαῖα ἴδῃ κᾀλὸν ἔναι τηρεῖν] Refer huc quæ notamus ad initium Paræneſeos. KORTHOLT.

Pag. 86. Δικαιοῦσιν δίκαιον] *Non juſtificatus eſt, ut de iniquo juſtus fieres; ſed juſtus juſtificatur, non ut incipiat eſſe quod non erat, ſed ut quod erat omnibus appareat* (juſticiaque adeo noſtra fiat. Hierem. 23. 1. Corinth. I.) *Iſte ſanctus & juſtus, quem Judæi negaverunt, pro iniquis paſſus eſt, ut nos omnes offerret Deo.* Hieronym. LANG.

Pag. 88. Κεκαυμένην ἴσως, κ᾽ ἄλγιον μίνουσιν] *Olet adhuc incendio terra, & ſi qua illic arborum poma oriantur oculis tenus, contacta cinereſcunt.* Tertull. in Apolog. cap. 39. *Terra Sodomorum non fuit ita utique, uti nunc eſt, ſed jacebat ſimili cæteris facie, eademque vel etiam uberiore fœcunditate pollebat. Nam Dei paradiſo in Divinis eloquiis comparata eſt.* Gen. 13. *Hæc poſteaquam de cœlo tacta eſt, ſicut illorum quoque atteſtatur hiſtoria, & nunc ab eis qui veniunt ad loca illa conſpicitur, prodigioſa fuligine horrori eſt, & poma ejus interiorem ſævillam mendaci ſuperficie maturitatis includunt. Ecce à Conditore naturarum natura ejus in hanc fœdiſſimam diverſitatem mirabili mutatione converſa eſt, & quod poſt tam longum accidit tempus, tam longo tempore perſeverat.* Auguſt. de Civit. lib. 21. cap. 8. LANG.

Pag. 89. Ἐπὶ ἀπάτῃ κ᾽ ἀπωλείᾳ τῆ ἀνθρωπείᾳ γένες] Tertullianus Apolog. cap. 47. *Omnia adverſus veritatem de ipſa veritate conſtructa ſunt, operantibus æmulationem iſtam ſpiritibus erroris. Ab his adulteria hujuſmodi ſalvatoris diſciplinæ ſuborta. Ab his quædam etiam fabulæ immiſſæ, quæ de ſimilitudine fidem infirmarent veritatis, vel eam ſibi potiùs evincerent: ut quis ideo non putet Chriſtianis credendum, quia nec Poëtis nec Philoſophis; vel ideo magis Poëtis & Philoſophis exiſtimaret credendum, quia non Chriſtianis. Itaque & ridemur Deum prædicantes. Sic enim & Poëtæ & Philoſophi tribunal apud inferos ponunt. Si Gehennam comminemur, quæ eſt ignis arcani ſubterraneus ad pœnam theſaurus, proinde decachinnamur: ſic enim Pyriphlegethon apud mortuos amnis eſt. Et ſi Paradiſum nominemus, locum divinæ amœnitatis, recipiendis Sanctorum ſpiritibus deſtinatum, materiâ quadam igneæ illius Zonæ à noſtris orbis communis ſegregatum, Elyſii campi fidem occupaverunt.* Ita

ſane

ſanè apud Minucium Felicem Cæcilius Natalis, homo profanus, ubi, quæ de vita æterna mortuorumque reſurrectione Chriſtiani docent, tetigiſſet: *Omnia iſta*, ſubjungit, *figmenta male-ſanæ opinionis, & inepta ſolatia, à Poëtis fallacibus in dulcedine carminis luſa, à vobis* (Chriſtianis) *nimiùm credulis in Deum veſtrum turpiter reformata ſunt.* Vide præterea heic Lactantium lib. 7. cap. 18. Origenem in opere contra Celſum paſſim, Euſebium Hiſtoriæ Eccl. lib. 6. cap. 19. KORTHOLT.

Ibidem, Ἀκούοντες ἀεὶ τῶν Προφητῶν λεγόμενα] Lactantius Inſtitut. libro 2. cap. 10. de Poëtis agens, *Nullas literas veritatis attigerant*, inquit, *ſed quæ Prophetarum vaticinio tradita, in ſacrario Dei continebantur, ea de fabulis & obſcura opinione collecta, & depravata, (ut veritas à vulgo ſolet variis ſermonibus diſſipata corrumpi, nullo non addente aliquid ad id, quod audierant) carminibus ſuis comprehenderunt.* Rurſumque libro 7. cap. 22. de iiſdem ait, quod *veritatis arcana in parte corruperint*; item, *quod corruperint Poëticâ licentiâ, quod acceperant.* Sicut & Philoſophos Gentilium *veritatis interpolatores & adulteros* vocat Tertullianus Apolog cap. 46. 47. iiſdemque objicit, quod *pro inſtituto curioſitatis ad propria opera verterint noſtra, non ſatis credentes divina eſſe, quo minus interpolarent*: quod *incertum miſcuerint* ei, quod *invenerant certum*: quod *adulteria ſalutaris diſciplinæ* ab ipſis ſint *ſuborta.* Quin, ſcripturam ſi ſequamur codicis Fuldenſis, Rigaltio judice veriſſimam, affirmat ibidem Septimius, Thebanos, Spartiatas, Argivos, *ad noſtra contaminari* per Philoſophos; puta qui ex Moſis & Prophetarum libris non intellectis, aut malignâ interpretatione corruptis, doctrinas popularibus ſuis perverſas ſuggerebant. Porro etiam libro 2. ad Nat. cap. 2. ſcribit, Paganos, quæ ex divinis hauſerint literis, *accedente libidine gloriæ, ad proprii ingenii opera mutaſſe. Per quod*, ait, *incertum abiit etiam quod invenerant, & facta eſt argumentationum invndatio de ſtillicidio uno atque alio veritatis. Invento enim ſolummodo eo, non, ut invenerunt, expoſuerunt.* Sed & Libro de Anima cap. 2. dicit: *Plus diverſitatis invenias inter Philoſophos, quàm ſocietatis; cum & in ipſa ſocietate diverſitas eorum deprehendatur: ſiquidem vera quæque & conſonantia Prophetis, aut aliunde commendant, aut aliorſum ſubornant, cum maxima injuria veritatis; quam efficiunt aut adjuvari falſis, aut patrocinari.* Similiter Theodoritus, Therapeut. lib. 2. de Platone loquens: πηγὴν, inquit, ἐξ ἧς ἅτε λαβὼν τῆς θεολογίας τὰς ἀφορμὰς, τὸ ἰλυῶδες ἐ χαῦδις ἀνέμιξεν. *Fonti, ex quo Theologiæ argumenta petiit, limoſam & terrenam fecem admiſcuit.* Eodemque libro, ſed poſt multa interjecta, rurſum de Platone aliiſque Gentilium Philoſophis agens: Ὅσοι μὲν, ait, ἐκ τῶν θείων λογίων κεκλόφασιν, εὑρήσει τὸ χαμηλόστομον· ὅσοι δὲ τῇ ψυχῇ ἀνέμιξαν, ἀπέξυσεν, καὶ καθαρὸν φορυτὸν ἀπερρίψεν, καὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἀκηλίδωτον χωρίων. *Quæ divinis ſurripuerunt eloquiis, deprehendet & admirabitur* lector: *quæ verò falſa admiſcuerunt, abradet, ac veluti ſimum reſpuet, ab animæque ſuæ ſedibus repelletet.* Adde quæ Euſebius habet, præfatus in Præpar. Evang. lib. 11. Origenes contra Celſum lib. 7. Cyrillus contra Julianum lib. 2. Clemens Alexandr. Strom. 2. (ubi Gentiles dicuntur τὰ κυριώτατα τῶν δογμάτων παρεγκεκομικότες) ex Hebræis R. Schem Tobh, ac R. Meir Aldabi; quorum teſtimonia producit Buxtorfius ad Libr. Coſri part. I. 63. KORTHOLT.

Ibidem, Διόνυσον μὲν] Similia annotarunt ſcriptores paſſim alii. Lege inprimis Euſebium Præpar. Evang. lib. 11. 12. Vide item quæ de raptu Heliæ in Phaëtontis fabulam à Paganis (τῷ Ἡλίῳ, quod eſt, *Eliæ*, putantibus eſſe τῷ ἡλίῳ, *Solis*) transformato habet è Chryſoſtomo Beda in lib. Regg. quæſt. 28. KORTHOLT.

Pag. 90. Καταφρονοῦντι γὰ πάντα] Minucius Felix in Octavo: *Signum ſanè*

Crucis naturaliter viſimus in navi, cum velis tumentibus vehitur, cum expanſis palmulis labitur. Et cùm erigitur jugum, Crucis ſignum eſt, & cùm homo porrectis manibus Deum puràmente veneratur. Ita ſigno Crucis ratio naturalis innititur. Maximus Taurinenſis, de Cruce & Sepultura Domini homil. 2. *Cùm à nautis ſcinditur mare, prius ab ipſis arbor erigitur, velum diſtenditur, ut Cruce Domini factâ, aquarum fluenta rumpantur: & hoc Dominico ſecuri ſigno portum ſalutis petunt, periculum mortis evadunt. Sed & bonus agricola cùm parat terræ ſolum vertere, & vitæ alimenta perquirere, non niſi per ſignum Crucis id facere conatur. Dum enim aratro dentale ſubjicit, afficit aures, ſtivam inſerit, figuram Crucis imitatur. Compactio enim ipſa ſimilitudo quædam eſt Dominicæ paſſionis. Cœlum quoque ipſum hujus ſigni figurâ diſpoſitum eſt. Nam cùm quatuor partibus, hoc eſt, oriente, ac occidente, ac meridiano & ſeptentrione, diſtinguitur, quatuor quaſi Crucis angulis continetur. Ipſius etiam interiùs hominis, cùm manus levaveris, Crucem pingit: atque ideò elevatis manibus orare præcipimur, ut ipſo quoque membrorum geſtu paſſionem Domini fateamur.* Auctor ſermonis de Nativitate Domini, qui Tomo 9. operum Hieronymi, edit. Pariſ. Epiſt. 30. habetur: *Antennæ navium, & velorum cornua, ſub figurâ noſtræ crucis volitant. Aves quoque ipſæ, quando in ſublimiora tolluntur, & pendent per aërem, extenſis alis imitantur Crucem. Sed & trophæa ipſa victoria triumphorum, ornamenta Crucis ſunt.* Similia paſſim leguntur alibi apud veteres. KORTHOLT.

Eadem pag. 90. Πνεῦμα τοῦ στόματος ἡμῶν Χριστὸς Κύριος] Biblia noſtra: *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus, captus eſt in peccatis noſtris.* Hieronymus: *Super Jeſu Chriſto, vero univerſorum Domino, ac vita animarum fidelium, dictum eſt; in quo vivimus, movemur & ſumus: ex cujus ſapore quicquid rectè ſentimus, ſapimus. Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram. Chriſtus ſanè quidem omnibus hominibus exhibitus eſt in cruce.* LANG.

Ibidem, Καὶ τὸ πῶς ἡμῖν δὲ σύμβολα] Tertullianus Apolog. cap. 18. *Quanto diſtinguitur à Crucis ſtipite Pallas Attica, & Ceres Farrea, quæ ſine effigie rudi palo & informi ligno proſiant? Pars Crucis eſt omne robur, quod erecta ſtatione defigitur: nos, ſi forte, integrum & votum Deum colimus. Diximus* (ſupra cap. 12.) *originem Deorum veſtrorum à plaſtis de Cruce induci. Sed & victorias adoratis, cùm in tropæis Cruces inteſtina ſint tropæorum. Religio Romana tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna jurat, ſigna omnibus Diis præponit. Omnes illi imaginum ſuggeſtus inſignes, monilia Crucium ſunt, Sypara illa vexillorum & cantabrorum ſtolæ Crucium ſunt.* Minucius Felix: *Et ſigna ipſa, & cantabra, & vexilla caſtrorum, quid aliud, quàm inauratæ Cruces ſunt & ornatæ? Tropæa veſtra victricia non tantùm ſimplicis Crucis faciem, verùm & affixi hominis imitantur.* KORTHOLT.

Pag. 92. Ἄλλον δέ τινα κολωγγίκην] De duobus Marcionis diis canit Prudentius:

Unus, ait, triſti reſidet ſublimis in arce,
Author nequitiæ, ſcelerum deus, aſper, iniquus:
Qui quodcumque malum vitioſo fervet in orbe,
Sevit, & anguineo medicans nova ſemina ſucco
Rerum principium mortis de fomite traxit.
Ipſe opifex mundi terram, mare, ſidera fecit:
Condidit ipſe hominem, lutulenta & membra coëgit,
Effigians quod morbus edat, quod crimine multo
Sordeat, informi tumulus quod tabe reſolvat.
Aſt alii pietatis amor, placidumque medendi
Ingenium, recreans homines, mortalia ſervans.

Teſtamenta duo fluxerunt principe utroque?
Tradidit iſte novum melior, vetus illud acerbus. LANG.

Eadem pag. 92. Ἀγωνίζοντας δὲ αὐτοὺς — ἀπάγειν τὰς ἀληθείας ἀπὸ τῶν ποιούντος Θεῶν] *Homerus ſummum illum Jovem dæmonibus aggregavit. Et nequiſſimi illi ſpiritus, ubi adjurantur, ibi ſe dæmones confitentur: ubi colunturr, ibi ſe deos mentiuntur: ut errores hominibus immittant, & avocent à veri Dei notione, per quam ſolam poteſt mors æterna vitari.* Lactant. lib. 4. cap. 27. LANG.

Ibidem, Τὸν Πλάτωνα μόνῃτε τὸ εἰκεῖν] Euſebius, libro contra Philoſophos, & libris de Præparat. Evangel. XI. XII. XIII. in hoc totus eſt, ut oſtendat, magnam optimamque partem ſuæ doctrinæ Platonem à Judæis hauſiſſe, ſic ut Platonica Philoſophia fere nihil aliud ſit, quàm Hebræorum in Græcam linguam traducta Theologia. Eoque reſpicit Clemens Alexandrinus Strom. I. dum Platonem vocat τὸν Ἑβραῖον φιλόσοφον. Sicut & huc pertinet illud Numenii Pythagorei πολυφύλαττον, apud laudatum jam Clementem loco memorato, Euſebium Præpar. lib. 9. cap. 3. lib. 11. cap. 6. Theodoritum contra Græcos lib. 2. τί ἐστι Πλάτων ἢ Μωσῆς ἀττικίζων; *Quid eſt Plato aliud, quàm Moſes loquens Attice?* Confer Auguſtinum de Doctr. Chriſt. lib. 2. cap. 28. de Civit. Dei lib. 18. cap. 41. & lib. 8. cap. 11. ubi allatis in medium exemplis aliquot confirmare id nititur. KORTHOLT.

Eadem pag. 92. Ἐν τῷ περὶ Πλάτωνος Τιμαίῳ κειμένῳ] Platonis verba ſunt: πρώτην δὲ τὴν ξύσεως [illegible] διπλῆν κατὰ μῆκος χίσας, μέσην ἀμφοῖν μέσην ἐκατέρωθεν ἀλλήλαις οἷον Χ σχηματοειδῶς κατέκαμψεν εἰς κύκλον. Cicero de univerſitate vertit: *Hanc igitur omnem conjunctionem duplicem in longitudinem diſſidit, mediaque accommodans mediam quaſi decuſſavit.* Decuſſare, eſt ad decuſſis ſignum redigere, & res eo ordine collocare, ut inter ſe literæ X ſpeciem præbeant, & quatuor propoſitis, tertium ſecundo & quartum primo reſpondeat: (Sancti Andreæ crucem vulgo nominant) χιασμὸς ea figura dicitur, & χιάζειν, chiaſmum facere. Figura ea decuſſis Latinè nominatur: & veteres denarium numerum ita ſignabant. Columella: *Rapa in alveo aut ſeria componito, deinde ſicut Salgamarii conſueverunt, decuſſatim* (κατὰ χιασμόν) *ferramento lunato incidito.* Et apud Euſebium libro primo de vita Conſtantini Magni: *In vexillo imperiali in crucis formam redacto, ut per notas primarum literarum nominis Chriſti integrum nomen ipſum deſignaretur, litera græca P, pro qua nos literam R habemus, per literam X in medio fuit decuſſata* (κεχιασμένη.) *unde etiam majores noſtri per abbreviationem nomen Chriſti deſignare volentes, XPC ſcripſerunt.* LANG.

Pag. 93. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν, αὐτὸν τεῖνον] *Scivit Plato Deum: quæ verò extitêre omnia ex exiſtente Deo genita eſſe. Virtutes quaſdam eſſe cauſam primam* (ἄιτιον) *& ſecundam & tertiam: & primam quidem cauſam Deum, ſecundam autem cauſam ex Deo genitas quaſdam virtutes. Per eum porro & virtutes editam eſſe materiam* (τὴν ὕλην.) Epiphan. contr. Platonic. Hoc argumentum etiam tractatur in Oratione Athenagoræ. LANG.

Ibidem, Οὐ πὲ αὐτὲ ἓν ἡμεῖς ἄκοις δεξάζομεν] Ea Gentilium erat impudentia, ut ſua dogmata Judæos pariter & Chriſtianos a Poëtis ipſorum atque Philoſophis mutuatos eſſe, quid? ipſummet CHRISTUM, Dominum noſtrum, ex Platone doctrinam ſuam hauſiſſe cavillarentur. Quam in rem multa produximus teſtimonia Tract. de Origine Chriſtianiſmi ex ſententiâ Paganorum capite 2. ubi etiam, qua ratione portentoſo huic mendacio noſtri occurrerint, prolixè fuit oſtenſum. KORTHOLT.

Ibidem, Τὰ ἡμέτερα μιμήμδροι] Tertullianus Apolog. cap. 46. *Mimicè Philoſophi affectant veritatem, & affectando corrumpunt.* Refer huc quæ notata ſunt ſuprà ad verba: ἀκούοντες ἀφ' ὧν Προφητῶν λεγόμθρα. KORTHOLT.

Eadem

Eadem pag. 93. Ὡς συνέσεως ἡ σοφία ἀνθρωπείας &c.] *Verum ſcire, divinæ eſt ſapientiæ. Homo autem per ſe ipſum pervenire ad hanc ſcientiam non poteſt, niſi docearur à Deo.* Lactantius lib. 2. cap. 3. LANG.

Pag. 94. Αφίσιώς τι ἀμφιλῶν ὑπὲρ ὧν κεκημάρτομεν &c.] *Pro luſtrationibus illis priſcis, ſufficit credenibus ſanctiſſimi baptiſmatis donum: non enim ſolùm veterum donat remiſſionem peccatorum, verùm etiam ſpem præbet promiſſorum bonorum, & Dominicæ mortis atque reſurrectionis facit participes: tum autem & Spiritus doni præſtat communicationem, et filios Dei reddit; et non modò filios, ſed etiam hæredes Dei, et cohæredes Chriſti. Non enim, ut veſani nominant Maſſaliani, novaculam tantùm baptiſma imitatur, antè commiſſa auferens delicta: hoc ipſum enim prolixiſſimè per gratiam largitur. Nam ſi hoc tantum baptiſmi eſſet opus, quamobrem infantes baptizamus, qui nondum peccata deguſtarunt? Non enim hoc tantummodo pollicetur myſterium iſtud, ſed hac re multo majora et perfectiora. Eſt namque arrabo futurorum bonorum, et venturæ reſurrectionis typus, et Dominicarum communicatio paſſionum, et Domini communicatio reſurrectionis, et veſtimentum ſalutaris, et tunica lætitiæ, et ſtola reſplendens.* Theodoretus in Epit. divin. dogmat. LANG.

Ibidem, Καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν φώτισμος] *Lavacrum Chriſtianum antiquis dictum eſt, φώτισμος, illuminatio, animarum ſcilicet per Spiritum Sanctum: luſtratio, purgatio, verbi communio (λόγου κοινωνία,) plaſmatis correctio, luminis participatio, tenebrarum ejectio.* Gregor. Theologus. LANG. Clemens Alexandr. Pædagog. lib. 1. cap. 6. de Baptiſmo loquens, καλεῖται, inquit, πολλαχῶς τὸ ἔργον τοῦτο χαρίσμα, καὶ φώτισμα, καὶ τέλειον, καὶ λουτρόν. Λουτρὸν μὲν, διὰ ἧς τὰς ἁμαρτίας ἀπορυπτόμεθα· χάρισμα δὲ, ᾧ τὰ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἐπιτίμια ἀνίεται· φώτισμα δὲ, δι' ἧς τὸ ἅγιον ἐκεῖνο φῶς σωτήριον ἐποπτεύεται, τουτέστι, δι' ἧς τὸ θεῖον ἐξυπακούομεν· τέλειον δὲ, τὸ ἀπροσδεὲς φαμὲν. *Multis modis vocatur hoc opus; Gratia, Illuminatio, Perfectum, & Lavacrum. Lavacrum quidem, per quod peccata abſtergimus; Gratia verò, quâ remittuntur pœnæ, quæ peccatis debentur: Illuminatio autem, per quam ſanctam illam ſalutarem lucem intuemur, hoc eſt, divinum perſpicimus. Perfectum autem dicimus, cui nihil deeſt.* Paulò ante dixerat: Βαπτιζόμενοι, φωτιζόμενοι· φωτιζόμενοι, ὑποτιθέμενοι· ὑποτιθέμενοι, τελειούμενοι· τελειούμενοι, ἀπαθανατιζόμενοι. *Baptizati, illuminamur; illuminati, in filios adoptamur; adoptati, perficimur; perfecti, immortales reddimur.* Et infrà ſcribit: μία χάρις αὕτη τῶν φωτισμάτων, τὸ μὴ τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ πρὶν ἢ λούσασθαι τὸν τρόπον. *Una eſt hæc gratia Illuminationis, quod non ſint iidem mores, qui erant antequam lavamur.* Chryſoſtomus Catech. 1. ad Illuminandos de Baptiſmo, Καλεῖται, inquit, καὶ φώτισμα· καὶ τοῦτο αὐτὸ Παῦλος αὐτὸς ἐκάλεσεν. *Vocatur & Illuminatio. Atque ita hoc ipſum* (Baptiſma) *ipſe etiam Paulus appellavit*; puta Hebr. VI. 4. X. 32. quæ loca ibidem mox citat Chryſoſtomus. Eodem reſpicit Cyprianus, dum de ſuo Baptiſmo ita ſcribit, Epiſtola 2. *Poſtquam undæ genialis auxilio ſuperioris ævi labe deterſa in expiatum pectus ac purum deſuper ſe lumen infudit: Poſtquam cœlitus ſpiritu hauſto in novum hominem nativitas ſecunda me reparavit.* Atque hinc baptizandi, ſive qui nomen ſuum profeſſi fuerant ut baptizarentur, φωτιζόμενοι & μέλλοντες φωτίζεσθαι appellabantur. Quomodo Cyrillus Jeroſolymitanus 18. τῶν φωτιζομένων, & Chryſoſtomus duas πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι Catecheſes edidit. Etiam fons, in quo baptizabantur, nunc βαπτιστήριον dicebatur, nunc φωτιστήριον. KORTHOLT.

Eadem pag. 94. Ἐπ' ὀνόματος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ &c.] *Tribus merſionibus, ac totidem nomenclaturis ſive invocationibus (ipſius S. Trinitatis) magnum baptiſmatis myſterium perficitur: ut et mortis figura exprimatur, et per doctrinam divinæ cognitionis, animæ eorum qui baptizantur, illuminentur. Proinde ſi qua eſt in aqua gratia, non ex natura ejus eſt, ſed ex præſentia ſpiritûs. Non eſt baptiſma ſordium carnis*

depoſitio,

depoſitio, ſed conſcientiæ bonæ ad Deum ſtipulatio. Baſilius de S. Spiritu, cap. 15. LANG.

Eadem pag. 94. Τὸ λεγὸν δὴ τῦτο ἀκήκοατες οἱ δαίμονες] Tertullianus, Libro de Præſcriptionibus cap. 40. *Ipſas quoque res Sacramentorum divinorum in idolorum myſteriis imitatur* diabolus. *Tingit & ipſe quoſdam, utique credentes & fideles ſuos: expiationem delictorum de lavacro repromittit.* Idem libro de Baptiſmo cap. 5. *Nationes extraneæ ab omni intellectu ſpiritualium, poteſtatem eadem efficacia idolis ſuis ſubminiſtrant, ſed viduis* [Spiritu ſancto carentibus) *aquis ſibi mentiuntur. Nam & ſacris quibuſdam per lavacrum initiantur Iſidis alicujus, aut Mithræ.* Auguſtinus de Baptiſmo contra Donatiſtas lib. 6. cap. 25. *In multis idolorum ſacrilegis ſacris baptizati homines perhibentur.* Johannes de Laet, Deſcript. novi orbis ſive Indiæ Occidentalis, libro 5. cap. 26. *Notandum, ab Hiſpanis narrari, quòd in hac ſolum provincia* (de peninſula Americana juxta novam Hiſpaniam loquitur, quàm Yucatanenſes incolunt) *Baptiſmi quandam umbram invenerint, quam indigenæ ſuo idiomate ſecundam nativitatem appellarent: quem vix quiſquam illorum fruſtra negligeret, quum ſe ablutione illâ omnium virtutum ſeminio imbui, & adverſus noxiorum dæmonum dolos atque injurias præmunire opinarentur. A tertio autem ætatis anno uſque ad duodecimum ut plurimum ablnebantur, nec matrimonia contrahebant, niſi antè initiati. Diem ad id operiebantur auſpicatum minimeque nefaſtum; parentesque & triduo ante jejunabant, & à fœminarum conſortio abſtinebant.* Confer quæ habet Chryſoſtomus ad caput 2. Matthæi. De Judæorum Baptiſmo dicimus infrà ad dialogum cum Tryphone, verb. ἀεὶ γὰρ τὸ βάπτισμα. KORTHOLT.

Pag. 95. ὑπόλυσαι τὰ ὑποδήματα] *In Eccleſiam Dei & ovile Chriſti, qui eſt Archipaſtor animarum noſtrarum, ingreſſurus calceamenta ſolvere & deponere debet, quibus ſe quiſque per actiones ſuas calceavit: mortua ſcilicet opera. Hic quidem per idololatriam, ille verò per adulterium: alius per ſcortationem, alius per furtum: alius per avaritiam: nonnulli per ſermones ſpurcos & verba abominanda &c. Quæ omnia Eccleſiæ filii ſolvunt, ut in ea per bonos paſtores, in ſpe bona, ſub manu ſorti boni paſtoris ad vitam æternam paſcan ur.* Epiphan. in Ancor. LANG.

Pag. 96. Τὸ λελύσωτο αὐτὸ ὅτι ὑὸς τῦ Θεῦ] *Manifeſtum eſt, quòd pater quidem inviſibilis eſt, de quo & Dominus dixit:* Deum nemo vidit unquam. *Verbum autem ejus, quemadmodum volebat ipſe, & ad utilitatem videntium, claritatem monſtrabat Patris, & diſpoſitiones exponebat; ſicut & Dominus dixit:* Unigenitus Deus (*Filius*) qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit. Irenæus lib. 4. cap. 37. *Et itidem cum Dominus dicit,* Abraham diem meum vidit, & lætatus eſt: *nempe demonſtrat, Filium Abrahæ retro viſum, non Patrem. Et interrogatus eſt à Judæis, ſi ipſe eſſet Chriſtus, utique Deus. Nam uſque in hodiernum Judæi Chriſtum Dei non ipſum Patrem ſperant: quia nunquam Chriſtus Pater ſcriptus eſt venturus.* Tertull. adverſ. Praxeam. LANG. Idem illud de Filii Dei ſub Veteri Teſtamento apparitione frequenter inculcat Juſtinus dialogo cum Tryphone. Leguntur ſimilia hac de re teſtimonia apud Tertullianum Libro adverſus Judæos cap. 9. Libro de carne Chriſti cap. 6. adverſus Marcionem lib. 2. cap. 27. lib. 3. cap. 6. lib. 5. cap. 9. Novatianum libro de Trinitate (qui Tertulliani operibus jungi ſolet) cap. 25. ſeqq. Irenæum lib. 4. cap. 17. 23. 26. 37. 48. Origenem lib. 6. contra Celſum, Euſebium Demonſtrat. Evangel. libro 5. fere toto, & Hiſtoriæ Eccleſ. lib. 1. cap. 2. Cyrillum Jeroſolymitanum Catech. τῶν φωτ. 10. Baſilium Libro adverſus Eunomium, Chryſoſtomum in Geneſin homil. XLI. XLII. LVIII. & in Acta homil. XVI. Theodoritum in Geneſ. Quæſt. 92. in Exod. Quæſt. 5. Hilarium libb. de Trinitate 4. 5. Ambroſium lib. 1. de Fide ad Gratianum cap. 5. & Libro de Fide contra Arianos

cap.

cap. ult. Prudentium in Apotheosi, contra Patripassianos, Sulpitium Severum Historiæ sacræ libro 1. Cassianum lib. 7. de Incarnatione cap. 9. Leonem Epist. 13. Isidorum Hispalensem libro de Nativitate Domini cap. 1. aliosque. KORTHOLT.

Pag. 97. Ἐπὶ τὰς λιτομένας ἀδελφὰς] Fratres & dicuntur, & habentur, qui unum Patrem Deum agnoverunt, qui unum Spiritum liberum sanctificationis: qui de utero ignorantiæ ejusdem, ad unam lucem aspirarunt veritatis. Corpus sumus unum de conscientia religionis, & disciplinæ veritate, & spei fœdere. Tertull. Apol. cap 39 LANG.

Ibidem, Κοινὰς ἐυχὰς ποιούμεθα] Tertullianus Apolog. cap. 39. *Coimus in cœtum & congregationem, ut ad Deum quasi manu factâ precationibus ambiamus oranres. Hæc vis Deo grata est. Oramus etiam pro Imperatoribus, pro ministris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro mora finis.* Confer cap. 31. Cyprianus ad Demetrianum: *Pro arcendis hostibus, & imbribus impetrandis, & vel auferendis vel temperandis adversis, rogamus semper & preces fundimus.* Similiter Arnobius libro 4. Christianorum conventus tales ait esse, *in quibus summus oretur Deus, pax cunctis & venia postuletur magistratibus, exercitibus, Regibus, familiaribus, inimicis.* Et Cyrillus Jerosol. Catech. mystag. 5. Παρακαλῶμεν τὸν Θεὸν, inquit, ὑπὲρ κοινῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ἑνώσεως, ὑπὲρ βασιλέων, ὑπὲρ στρατιωτῶν, καὶ συμμάχων, ὑπὲρ τῶν ἐν ἀδυνασίαις, ὑπὲρ τῶν κεκοπιακότων, καὶ ἁπλῶς πάντων βοηθείας δεομένων. *Obsecramus Deum pro communi Ecclesiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro Regibus, pro militibus, pro sociis, pro ægrotis, & afflictis; & in summa, pro his omnibus, qui egent auxilio.* Gennadius Massilienses, libro de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 30. publicis suis precibus fideles postulare scribit, *ut infidelibus donetur fides; ut idolatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus; ut Judæis, ablato cordis velamine, lux veritatis appareat; ut Hæretici Catholicæ fidei perceptione resipiscant; ut Schismatici spiritum redivivæ charitatis accipiant; ut lapsis pœnitentiæ remedia conferantur; ut denique Catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cœlestis misericordiæ aula reseretur.* Cæterùm quod Tertullianus docet, gratum Deo esse, si quasi junctis viribus oretur, idipsum & alii confirmant scriptores Ecclesiastici, peculiarem vim precibus congregatorum Christianorum publicis tribuentes. Vide Chrysostomum περὶ ἀκατα λήπτου homil. 3. 4. Basilium M. Epist. 50. Chrysologum serm. 132. Gregorium M. de Jejunio septimi mensis serm. 3. Auctorem Commentariorum in Epistolas Paulinas, qui Ambrosio solent tribui, ad Rom. 15. KORTHOLT.

Eadem pag. 97. Ἀλλήλοις φιλήμασι ἀσπαζόμεθα πανσάμενοι τῶν ἐυχῶν] Hujus post preces finitas impressi osculi passim mentionem faciunt veteres. Vide Origenem in Rom. XVI. Concilium Laodicenum Can. XIX. Cyrillum Jerosolymitanum Catechesi mystagog. 5. Augustinum serm. 83. de diversis, & Libro de Amicitia [si tamen is Augustini est] cap. 6. Clementem Ψόδ ἄνομον Constitut. Apost. lib. 8. cap. 15. Tertullianum lib. de Oratione cap. 14. ubi osculum hoc *signaculum* vocat *orationis*. Osculi, *tempore quo munera offerebantur*, figi soliti, meminit Chrysostomus lib. 1. de Compunctione cordis, cap. 3. Osculi *inter sacras epulas porrecti* Hieronymus, Epistola 62. ad Theophilum, contra Johannem Hierosolymitanum. *Osculi, quod in ecclesia sub tempore mysteriorum nobis invicem damus*, mentionem facit Auctor 4. homiliarum in Canticum, quæ Origeni vulgò tribuuntur. Et Augustinus, Libro de Anima cap. 6. scribit: *Corporale osculum impressione labiorum in communione certis & honestis horis conceditur, ut Carnæ.* Similiter hujus osculi mentio apud Chrysostomum, homil. 77. in Johannem, ubi & significationem illius ritus adjicit, Λέγε τοῦτο, inquiens,

inquiens, ὁ τοῖς μυσταγωγοῖς ἀπαραλλάκτως ἐκκλίνει, ἵνα οἱ πολλοὶ ἡνωμένοι ὦμεν. Ideo in mysteriis nos invicem osculamur, ut multi unum efficiamur. Quam rationem & Dionysius affert, quem Areopagitam vocant, Hierarch. Eccles. cap. 1. nec non Cyrillus loco laudato. Pertinetque eòdem, quod sacrum illud osculum, *osculum pacis* dicitur Tertulliano, Chrysostomo, Augustino, Laodicensibus, locis supra expressis; item Innocentio 1. Epistola decretali ad Decentium, cap. 1. Unde simul patet, ipsius tempore etiam post peractam Synaxin repetita fuisse oscula. Hæc enim ejus sunt verba: *Pacis osculum dandum est post consecta mysteria: ut consteti, populum ad omnia, quæ in mysteriis agunter, atque in Ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse, pacis concludentis signaculo demonstretur.* Sic quoque de suæ ætatis Græcis Metrophanes Critopulus, Confess. cap. 9. οἱ μυσταγωγούμενοι ἀσπάζονται ἀλλήλους. *Participes facti* Eucharistiæ, *mutuo se osculo salutant.* Cæterùm tempore, quo passionis Dominicæ recolebatur memoria, cessare solebat apud veteres osculandi ritus. Quam in rem Tertullianus, ubi suprà: *Die Paschæ, quæ communis & quasi publica jejunii religio est, meritò deponimus osculum, nihil curantes de osculando, quod cum omnibus faciamus.* Nam dies Paschæ diem passionis Domini hoc significat, ut rectè notant Pamelius, Heraldus, de la Cerda, alii. Cur verò illo tempore, more aliàs recepto osculari se invicem noluerint Christiani, rationes vide apud Gabr. Albaspinæum Observat. 17. libri 1, & Jo. Bapt. Casalium de Ritibus Christianorum veterum cap. 59. Conser quæ monemus ad Athenagoræ Apologiam, verb. ἀνελόμενος τὸ φίλημα. KORTHOLT.

Eadem pag. 97. Προσφέρεται τὰ ἀναίμακτα] *In Ecclesia offertur panis & vinum.* Macarius. LANG. Erat veteri Ecclesiæ in more positum, ut Dominicis festisque diebus raro ad altare sine donis & muneribus accederent fideles, nisi res eis tenuis adeo esset & exigua, ut sine incommodo id præstare non valerent. Videatur Origenes homil. 3. in Leviticum, Augustinus serm. 215. de tempore, Auctor Commentar. in Epistolas Paulinas, Ambrosius vulgò creditus, ad 1. Cor. XI. 33. Qui quidem offerendi mos confirmatus, sub finem seculi sexti, à Synodo Matisconensi 2. can. 4. diu in Ecclesiâ duravit; sic ut ejus, tanquam suo adhuc usitati tempore, mentionem faciant, Flaccus Alcuinus (qui & Albinus) octavi seculi auctor, libro de divinis Officiis, Amalarius Fortunatus, & Walafridus Strabo, scriptores seculi noni; ille Eccles. offic. lib. 3. cap. 19. hic in libello de rebus Ecclesiasticis cap. XVIII. Regino porro Prumiensis, auctor seculi decimi, Instruct. Visitatorum, operi de Disciplina Ecclesiastica præfixa, cap. 61. 73. 74. Micrologus & Ivo Carnotensis, scriptores seculi undecimi; ille de Eccles. Observat. cap. 10. iste serm. de rebus Ecclesiæ 5. ubi, dum significat, Sacerdotem à populo *diversi generis oblationes* accepisse, ita tamen, ut *principaliter* panis oblatus sit & vinum, simul indicium facit, oblata fuisse præter panem ac vinum etiam alia. Quod ipsum docet quoque, loco paulò ante memorato, Prumiensis, dum Visitatorem quærere jubet: *an Presbyter offerentes instruxit, ut candelam, & quicquid aliud ad altare deferre placuerit, ante Missam, vel ante lectionem Evangelii offerant.* Imo ex ipsis Apostolorum Canonibus, quæ vulgò sic dicuntur, permittit quartus, ut offerantur novæ spicæ, uvæ, oleum ad luminaria, thymiama ad incensum. Quem canonem repetit Strabo, loco antè expresso: sed addit, quod, etiamsi *primis temporibus quædam varia genera oblationum offerre fidelis*, ex eodem & præcedenti canone tertio, (ubi mellis insuper, lactis, animalium, leguminumque habetur mentio) liceat intelligere, tamen *simplex oblatio panis & vini fidelibus sufficiat.* Atque de his Oblationibus Albaspinæus, lib. 3. Observ. 3. notat, præterquam quod, ubi Sacerdos in altari Deo obtulisset, catholicique precibus

benedixisset, earum pars aliqua pauperibus Ecclesiæque ministris in subsidium alimoniarumque cesserit, aliquis ex iis particulas viritim in ecclesia fusso distributas; ut hac participatione significaretur, omnes fideles sub uno eodemque capite & de eodem corpore esse, quemadmodum omnes de eodem pane sumerent & ederent. Quam in rem ad celebrem illum Cypriani locum provocat, Lib. de Opere & Eleemosyna: *Lectitas et divers as, et Dominicum celebratas ex diu; quæ Christum omnium non respuat; quæ in Dominicum sua sacrificia venientibus, quæ partem de sacrificio, quod pauperi debuit, sumit.* Item ad hanc Augustini verba, serm. 213. vel, secundum alios, 215. de tempore, (si tamen sermo ille Augustini est) *Et videtur dedisse homo manducare, si de aliena oblatione communicet.* Cæterum, si oblationes alicujus non recipiebantur, (uti non recipiebantur eorum, qui manifestis se criminibus obstrinxissent) ignominiæ sive pœnæ loco id fuisse, constat ex venustissimi illius Concilii Illiberitani (Elibertinum vulgo appellant) can. 28. Concilii Carthaginensis IV. can. 93. seq. Concilii Toletani can. 13. Concilii Antissiodorensis can. 17. Confer etiam Concilii Nicæni can. 11. Ancyrani can. 5. 7. 9. 16. 24. Irenæum item lib. 4. cap. 34. Epiphanium circa finem operis contra hæreses, Ambrosium lib. 5. Epist. 28. Augustinum Epist. 187. Clementem, quem vocant, Constitut. lib. 3. cap. 8. Cæterum quidem conjecturalibus rationes elegantes exponit, quem modo laudavimus, Antissiodorensem, eodem loco. KORTHOLT.

Βασιλείου μεγ. τὸ κατὰ μέρος τῶν ἀδελφῶν] Basilio M. circa initium homiliæ in Ps. XXVIII. οἱ τὸν κοινὸν τῶν Χριστιανῶν σύνοικον dicuntur; fratresque ejus Gregorio Nysseno, οἱ κοινωνοὶ τῆς συναναστροφῆς ἀρχῆς, & ἀναστροφῆς σύνοικος, ut videtur, ἐν ἀναστροφῇ ἀγαθῇ. In N. T. vocantur συσσωματοι, 1. Thess. V. 17. Const. Rom. XII. 5. 1. Tim. V. 17. ubi etiam vox συσσωματος eo significatu, quo apud Theodoretum habetur Histor. Eccles. lib. 1. cap. 13. & Chrysostomum, ubi συσσωματα Romil. 3. Gregorius Nyssenus, epistola de perfectione Christiana, ἐκκλησιαστικὸν σύνοικον. Tertullianus *Fraternam societatem*, lib. de Corona militis cap. 3. ubi, *Sacramentum fraternitatis*, scribit, ubi de alienis mensis, *Fraternitas*. Eodem facit, quod idem in Apologetico ait, cap. 39. *Fraternitas* in Ecclesia, *Fratres* in Christo, *Fratres* in unum *Patrem credentes*, *sibi salutares dicti*. Similiter Cyprianus, libro de Ecclesiæ unitate: *Fraternam globum tenere & vindicare debemus, maxime qui*, &c. Epistola 72. *Expressum est — in homine, quem Christus sibi fratrem et Coheredem fraternæ unitatis fecerat.* Vide etiam Sidonium lib. 4. epist. 10. Eunodium lib. 5. de vita Constantini cap. 72. ubi ait vox ἀναστροφή. Quemadmodum ἀναστροφὴ apud Theodoretum lib. 5. cap. ult. ἀναστροφὴ apud Eusebium lib. 5. de vita Constantini cap. 2. Cypriano admodum frequens est *Conversatio*, quæ etiam non semel occurrit in Actis Conciliorum Africanorum. Vide Concilium Carthaginense V. can. 3. 5. 7. 8. Concilium Carthaginense, Ecclesiæ Africæ, can. 11. 35. 78. Quin interpres Græcus Actorum Apostolicorum vocem ἀναστροφὴ, quo etiam usus in re simili, libro de vita contemplativa, Philo Judæus, (& apud Augustinum, lib. 1. de Civ. Dei cap. 9. lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 17. KORTHOLT.

Ἐκεῖθεν δὲ ἔτι μᾶλλον] Adeoni ἐκεῖθεν respicit, & mare S. Justini, aut circiter, quo Romanos Ecclesiæ Romanæ initium, & Ecclesiæ Romanæ ortum & origines deducit. Epiphanius Romanos initium, & ortum de Cypro habet. Hæres. 30. Cæterum Justino dicitur Romæ alium Pharacho Vitium sui placitum apud scriptores habere. Quod sic vult accipi, quasi Justinus dicat, Romæ Simonem Magum primum Ecclesiæ hostem exstitisse. Quod falsum est. Nam Cerinthus, Basilides, Valentinus, Marcion, Carpocrates, & multi alii Simone Romam venerunt, & Romæ docuerunt. Quod dictum est, Justinum dicere, Romæ Simonem primum Ecclesiæ hostem exstitisse, id ita accipiendum est, ut Justinus Simonem Romæ primum Ecclesiæ hostem exstitisse dicat, quatenus Romæ primum Ecclesiæ hostem exstitit, qui Ecclesiæ Romanæ hostis fuit. Sic Augustinus, Ambrosius, Origenes, Cyprianus, Tertullianus, Justinus Martyr, Irenæus, Hegesippus, Clemens Alexandrinus, Clemens Romanus, Dionysius Corinthius, Polycarpus, Ignatius, Papias, Quadratus, Aristides, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Hermias, Tatianus, Apollinaris, Melito, Claudius Apollinaris, Musanus, Modestus, Serapion, Hegesippus, Pantænus, Clemens Alexandrinus, Julius Africanus, Ammonius, Origenes, Dionysius Alexandrinus, Firmilianus, Gregorius Thaumaturgus, Novatianus, Dionysius Romanus, Anatolius, Pamphilus, Eusebius, Pierius, Lucianus, Theognostus, Petrus Alexandrinus, Archelaus, Methodius, Alexander Jerosolymitanus, Hippolytus, Arnobius, Lactantius, Victorinus, Petavionensis, Commodianus, Victorinus Pictaviensis, Reticius, Optatus, Hilarius, Eusebius Vercellensis, Lucifer Calaritanus, Athanasius, Basilius, Gregorius Nyssenus, Gregorius Nazianzenus, Amphilochius, Didymus, Epiphanius, Cyrillus Hierosolymitanus, Cyrillus Alexandrinus, Theophilus Alexandrinus, Epiphanius, Philastrius, Gregorius Illiberitanus, Faustinus, Marcellinus, Damasus, Ambrosius, Hieronymus, Rufinus, Chromatius, Heliodorus, Augustinus, Paulinus Nolanus, Orosius, Sulpitius Severus, Prosper, Leporius, Vincentius Lirinensis, Gennadius, Philastrius, Sedulius, Arnobius Junior, Cassianus, Eucherius, Salvianus, Maximus Taurinensis, Faustus Regiensis, Claudianus Mamertus, Ennodius, Fulgentius, Cæsarius Arelatensis, Avitus, Gelasius, Dionysius Exiguus, Victor Uticensis, Victor Tunnunensis, Primasius, Facundus, Cassiodorus, Junilius, Gregorius M. Isidorus, Leander, Ildefonsus, Julianus Toletanus, Eugenius Toletanus, Braulio

[illegible] Irenæus, libro 1. cap. 9. (re-
[illegible] Missæ antiq. lib. 5. cap. 1. Alios
ex antiquitate producere, qui mentionis hujus fieri mentionem, supervacaneum arbitror. KORTHOLT.

Eadem pag. 87. *Alter & Nihil ad rem.*] Augustinus, Epistola 59. Solut.
quæst. 3. [illegible] Chrysostomus, in Matthæum homil. 26. 82. 83. in Acta homil. 18. in 2. Corinth. homil. 18. KORTHOLT.

Ibidem, *Καὶ ὑμεῖς ἀμὴν* — *ἀμὴν*.] Ut hodie quoque fit in precatione, quam
vocant: precatione tamen de gratiis Dei beneficiis nobis per Christum præstitis. Ut
sit. Ex ipsam Eucharistiæ in doxologia hymni. *Gloria in excelsis Deo, & in ter-*
ra pax hominibus bonæ voluntatis, laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus rex cœlestis, Deus pater omnipotens, Domine fili unigenite Jesu Christe, Domine Deus agnus Dei, filius patris, qui tollis peccata mundi, miserere nobis, qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram, qui sedes ad dexteram patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus Jesu Christe, cum sancto spiritu in gloria Dei patris. Amen. Græcum textum vide apud Augustinum Epist. 59. 107. Chrysostomum in Matthæum homil. 26. 82. 83. in Acta homil. 18. in 2. Corinth. homil. 18. KORTHOLT.

Ibidem, *Καὶ ὑμεῖς ἀμὴν* — *ἀμὴν*.] Ut hodie quoque fit in precatione, quam
vocant: precatione tamen de gratiis Dei beneficiis nobis per Christum præstitis. Ut
sit. Ex ipsam Eucharistiæ in doxologia hymni. *Gloria in excelsis Deo, & in ter-*
ra pax hominibus bonæ voluntatis, laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus rex cœlestis, Deus pater omnipotens, Domine fili unigenite Jesu Christe, Domine Deus agnus Dei, filius patris, qui tollis peccata mundi, miserere nobis, qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram, qui sedes ad dexteram patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus Jesu Christe, cum sancto spiritu in gloria Dei patris. Amen. Græcum textum vide apud Augustinum Epist. 59. 107. Chrysostomum in Matthæum homil. 26. 82. 83. in Acta homil. 18. in 2. Corinth. homil. 18. KORTHOLT.

Eadem pag. 97. *Ajunt.*] Etiam alias in sacro Eucharistiæ actu filiarum olim
erat ἀμὴν. Etenim qui panem benedictum communicantibus partiebatur,
hoc dicebat: *Corpus* CHRISTI, accipiens vero respondebat: *Amen.*] Si-
militer, cum calicem traderet, dicebat: *Sanguis* CHRISTI, cui similiter: cui
rursum subjiciebat alter: *Amen.*] Vide Clementis Constitutiones lib. 8. cap.
16. Cyrillum Catech. 5. Ambrosium, vel quisquis auctor, libro 4. de Sacra-
mentis cap. 4. Quo respicit Hieronymus, Epist. 62. contra Johannem Hierof.
ad Theophilum, dum ait: *Quid confitendi ad Eucharistiam* CHRISTI *ex-*
ordium, & responsum, *Amen*, clare de charismate divino perfruens: item Cornelius
Romanus, dum de eo, qui partes sequebatur Novati, apud Eusebium, Histo-
riæ Eccles. lib. 6. cap. 43. scribit: [illegible] Tertullianum, libro de Corona mili-
tis cap. 3. Augustinum, Serm. 161. de Tempore, Leo & Tertul-
lianum, quando ait, Libro de Spectaculis cap. 25. [illegible] Cyprianum, Libro de Lapsis
hunc accipias, uti accipit Alb[illegible]. KORTHOLT.

Ibidem, *Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν*.] Cyprianus, Libro de Lapsis:
Sanctificatis, admonitis, cibum Dominicum edere, & sanguinem ejus bibere. Ac rursum: *Pro-
fecto Dominus, & redemptor noster docens & monens, dicit: Amen amen dico vobis, nisi
manducaveritis carnem meam, & sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam in vobis.*
Concilium Carthaginense IV. can. 38. *Sanctis, ac Dominis, præfatus Presbyter, Sanctorum cor-
poris* CHRISTI *populis, Dominicum tradat.* Imo S. Laurentius
apud Ambrosium, lib. 1. Offic. cap. 41. initio, ita Diaconos a Sixto Episco-
po commissam esse *Dominici sanguinis custodiam.* KORTHOLT.

Eadem pag. 97. ὁ τοῦδε ἄνευ κωλύεται πιεῖν ἡμῖν ἐυχαριστίας] Origenes libro 8. contra Celsum: εἰ γὰρ συμφέρον ἡμῖν τῆς αὐτῆς τῶν Θεῶν ἐυχαριστίας, ἄρτου Ἐυχαριστηθέντος. Concilium Nicænum 1. can. 18. ἐν τισι τόποις καὶ πόλεσι τοῖς πρεσβυτέροις τὴν ἐυχαριστίαν οἱ Διάκονοι διδοῦσι. Clemens Alexandrinus Stromat. 1. τὴν ἐυχαριστίαν τινὲς Δανὶμωσιν, ὡς οὐθὲν, αὐτὸν δὲ ἐυχεσθαι τῷ λαῷ λαβεῖν τῶν μερῶν ἐπιτρέπουσι. *Cum quidam Eucharistiam diviserunt, ut mos est, permittunt unicuique ex populo ejus partem sumere.* Cyprianus, Libro de Lapsis: *In corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit.* De ratione hujus appellationis vide quæ habet Chrysostomus homil. 25. in Matthæum, & alias, Pachymeres ad Dionysium Areopagitam de Hierarchia cœlesti cap. 8. Zonaras ad Concilium in Trullo can. 83. KORTHOLT.

Ibidem, ἢ δοῦναι ἄλλῳ μεταλαχεῖν ἔξον ἐστὶν] Indicat heic Justinus, ad sacram Synaxin nullis Gentilibus aliisve incredulis, nullis Catechumenis, nullis peccatoribus manifestis patuisse aditum; quod quidem ex aliis etiam scriptoribus Ecclesiasticis notum satis est. Et Gentilibus quidem atque Catechumenis ut nec innotesceret aliquid de hoc sacramento, quàm solicitè caverint veteres, in Commentario de Calumniis Paganorum capite 17. & Tract. de Cultu veterum Christianorum publicò ex Ethnicorum sententiâ cap. 10. susè ostendimus. De palam verò improbis gravioribusque pollutis sceleribus ad Eucharistiæ participationem haud admissis, neque admittendis, cujuscumque etiam cæteta dignitatis sint aut conditionis, lege quæ graviter admodum disserit magnoque cum zelò Chrysostomus homil. 83. in Matthæum. KORTHOLT. *Purificandum primùm, deinde ad purum accedendum* (καθαίρειν πρῶτον, εἶτα καθαρῷ προσομιλεῖν) Theol. *Si quis inglurie aut turpi cogitationum consensu* (*affectu aut voluntate peccandi*), Augustin. cap. *quotidie* de Consecrat. dist. 2.) *veluti cano involutus: si quis odio aut injuriarum memoria, tanquam caligine obsitus: si quis invidia aut ira, sicuti luto conspurcatus est: si quis superbia aut arrogantia victus teneatur &c. is ne prius ad divina & immaculata mysteria accedere audeat, quàm debita pœnitentia abluatur seipsum purificet ab omni corporis & spiritûs inquinamento.* Athan. *Tempus communicationis est non dies festus aut conventus, sed conscientia pura & expers crimimum vita. Et quomodo nihil sibi mali conscium quovis ad illam die accedere convenit: eodem modo peccatis occupatum, si de eis pœnitentiam non agat, ne solenni quidem die accedere tutum est. Quapropter vos omnes hortor & oro, ut ne ullo modo propter festi diei necessitatem divina attingatis sacramenta: sed si quando sanctam hanc percepturi estis oblationem, multis antea diebus vos purificate per pœnitentiam, per orationem, per eleemosynam, & alia spiritualia exercitia: & ne rursum revertimini, ut canis, ad proprium vomitum.* Chrysost. *Animo soluto & securo* (ἀδύμως) *ad divina adire Christi mysteria supplicium secum affert, & quidem intolerabile, quamvis id vel semel per annum quis facere audeat.* Idem. Verumenimverò ex his S. Justini verbis de probatione Paulina satis apparet, cœnam Dominicam manducari, & communicationem corporis & sanguinis Domini ritè & ordine fieri atque celebrari non posse, ubi legitima Ecclesiastica censura, excommunicatio, & exclusio incompositorum à precum, doxologiæ & gratiarum actionis communione, mysteriorumque sacratissimorum perceptione non exercetur: *In qua censura*, ut ait Tertull. eo quem suprà designavi loco, *magno cum pondere judicatur, ut apud certos de Dei conspectu ac judicio, quippe quæ summum futuri judicii sit præjudicium.* Censuræ ejusmodi Ecclesiasticæ documentum habemus illustrissimum, apud Theodoritum libro 5. cap. 18. Sozomenum lib. 7. cap. 24, & Nicephorum lib. 12. cap. 41. Ecclesiasticarum historiarum. Et disertis verbis impœnitentes & profanos excommunicat Joan. Chrysostomus. *Nullus ergo Judæus, nullus ergo*

Simon

Simon hanc mensam adeat: quarum uterque aris cupiditate periit. In Matth. 24. Homil. 51. *Si dux igitur quispiam, si consul ipse, si is qui diademate ornatur, indigne adeat, cohibe ac verce: majorem in illo habes potestatem.* Idem Matth. XXVI. Homil. 83. *Omnes simpliciter pellamus quos indigne accedere videmus; nullus communicet, nisi ex discipulis sit* (cum discipulis, *inquit*, meis facio pascha.) *Nullus impuro animo, sicut Judas, panem sumat, ne similia patiatur.* Idem ibidem. *Quod si ipse pellere non audes, mihi dicas; non permittam ista fieri. Animam prius tradam meam, quam alicui Dominicum corpus indigne: sanguinemque meum potius effundi patiar, quam sacratissimum illum sanguinem, præterquam digno concedam. Quod si quis venerit cum sordibus ignorantes, nulla vestra culpa est* (De occultis enim non judicat Ecclesia.) Idem ibid. LANG.

Pag. 98. Ἐν τοῖς τῦ Μιθρα μυστηρίοις) Tertullianus, libro de Præscriptionibus cap. 40. *Si adhuc* diabolus *initiat Mithræ, signat illic in frontibus milites suos; celebrat & panis oblationem.* De Mithra vide quæ habent Gerhard. Jo. Vossius libro 2. de Orig. Idololatriæ cap. 9. & Jo. Lud. de la Cerda ad Tertullianum de Corona militis cap. 15. KORTHOLT.

Ibidem, Τῇ τῦ ἡλίυ λαμπρᾷ ἡμέρᾳ] Idem Tertullianus inhuit, quando Christianos *diem* Solis *lætitiæ indulgere*, sive lætum festumque celebrare scribit Apolog. cap. 16. cumque *Dominicorum solennium* sub finem Libri de Fugâ in persecutione meminit. Similiter huc pertinet, quod Trajani ætate, id est, circa initia secundi seculi, *stato die ante lucem convenisse* Christianos, *carmanque CHRISTO quasi Deo dixisse secum invicem*, Plinius memorat Junior, Epistola 97. libri 10. KORTHOLT.

Eadem pag. 98. Τὰ ἀναμνησθήσεται τῶν Ἀποστόλων] *Coimus ad divinarum litterarum commemorationem, si quid præsentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam præceptorum nihilominus inculcamus. Ibidem etiam exortationes, castigationes & censura divina.* Tertull. in Apolog. cap. 39. LANG. Olim scilicet integri Scripturæ Libri ab initio ad finem usque perlegebantur & pertractabantur, eo ordine, ut reversi ad sacras operas Lectores & Tractatores, inde inciperent, ubi ante finierant. Solennibus tamen festis, v. g. Paschatos, Pentecostes, diebus item Jejuniorum, lectio ac sermones tempori eique præsenti congruebant. Sicut id inter alia patet ex procemio Expositionis Augustini in Epistolam S. Johannis; quod tale est: *Meminit Sanctitas vestra, Evangelium secundum Johannem ex ordine lectionum nos solere tractare. Sed quia nunc interposita est solennitas sanctorum dierum, quibus certas ex Evangelio lectiones oportet in Ecclesiâ recitari, quæ ita sunt annuæ, ut alia esse non possint; ordo ille, quem susceperamus, necessitate paululum intermissus est, non amissus. Cum autem cogitarem, quid secundum hilaritatem præsentium dierum per hanc hebdomadem vobiscum de Scriptura agerem, quantum Dominus dare dignatur, quod posset in istis septem vel octo diebus finiri; occurrit mihi Epistola beati Joannis: ut, cujus Evangelium paululum intermisimus, ejus Epistolam tractando, ab eo non recedamus.* Præter pericopas Biblicas & alia in conventibus sacris olim solebant prælegi. Sic suâ ætate illustrem illam Clementis Rom. ad Corinthios Epistolam, quæ hodieque superat, publicè in Ecclesiâ fuisse recitatam, testatur Eusebius Histor. Eccles. lib. 3. cap. 16. Dionysius Corinth. apud eundem lib. 4. cap. 23. & Hieronymus, Libro de Scriptoribus, in Clemente. Qui ipse auctor, eodem Libro, de Ephrem quoque Syro, Edessenæ Ecclesiæ Diacono, memorat, quod *ad tantam veneris claritudinem, ut post lectionem Scripturarum publice in quibusdam ecclesiis ejus scripta fuerint recitata.* Confer Epiphanium hær. xxx. 15. & adde Athanasii fragmentum 39. Epistolæ ἑορτασικῆς, ubi inter libros solemniter prælectos

Eadem pag. 97. ὁ περὶ ἄνευ κωλύτου πρὸς ἡμᾶς εὐχαριστίαν] Origenes libro 8. contra Celsum: ἐπὶ τῷ συμβόλῳ ἡμῖν τῆς κοινῆς τοῦ Θεοῦ εὐχαριστίας, ἄρτου Εὐχαριστίαν καλοῦμεν. Concilium Nicænum 1. can. 18. ἐν ποι τόποις καὶ πόλεσιν τοῖς πρεσβυτέροις τὴν εὐχαριστίαν οἱ Διάκονοι διδοῦσιν. Clemens Alexandrinus Stromat. 1. τὴν εὐχαριστίαν πᾶσι λαμβάνειν, ὡς ἔθος, οὐτὸν δὲ ἐκεῖνον τῷ λαῷ λαβεῖν τὸν μέρους ἐπιτρέπεσθαι. *Cùm quidam Eucharistiam diviserunt, ut mos est, permittunt unicuique ex populo ejus partem sumere.* Cyprianus, Libro de Lapsis: *In corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit.* De ratione hujus appellationis vide quæ habet Chrysostomus homil. 25. in Matthæum, & alias, Pachymeres ad Dionysium Areopagitam de Hierarchia cœlesti cap. 8. Zonaras ad Concilium in Trullo can. 83. KORTHOLT.

Ibidem, ὃς δεῖ ἄλλῳ μεταλαβεῖν ἔξον ἦν] Indicat hèic Justinus, ad sacram Synaxin nullis Gentilibus aliisve incredulis, nullis Catechumenis, nullis peccatoribus manifestis patuisse aditum; quod quidem ex aliis etiam scriptoribus Ecclesiasticis notum satis est. Et Gentilibus quidem atque Catechumenis ut nec innotesceret aliquid de hoc sacramento, quàm solicitè caverint veteres, in Commentario de Calumniis Paganorum capite 17. & Tract. de Cultu veterum Christianorum publicò ex Ethnicorum sententiâ cap. 10. fusè ostendimus. De palam verò improbis gravioribusque pollutis sceleribus ad Eucharistiæ participationem haud admissis, neque admittendis, cujuscumque etiam cætera dignitatis sint aut conditionis, lege quæ graviter admodum disserit magnoque cum zelò Chrysostomus homil. 83. in Matthæum. KORTHOLT. *Purificandum primùm, deinde ad sacrum accedendum* (καθαρίζειν πρῶτον, εἶτα καθαρῷ προσομιλητέον) Theol. *Si quis inglurie aut turpi cogitationum consensu* (affectu aut voluntate peccando, August. cap. *quotidie* de Consecrat. dist. 2.) *veluti cæno involutus: si quis odio aut injuriarum memoria, tanquam caligine obsitus: si quis invidia aut ira, sicuti luto conspurcatus est: si quis superbia aut arrogantia victus teneatur &c. is ne prius ad divina & immaculata mysteria accedere audeat, quàm debita pœnitentia ablutus seipsum purificet ab omni corporis & spiritus inquinamento.* Athan. *Tempus communicationis est non dies festus aut convenius, sed conscientia pura & expers criminum vitæ. Et quomodo nihil sibi mali conscium quivis ad illam die accedere convenit: eodem modo peccatis occupatum, si de eis pœnitentiam non agat, ne solenni quidem die accedere iutum est. Quapropter vos omnes hortor & oro, ut ne ullo modo propter festi diei necessitatem divina asseingatis sacramenta: sed si quando sanctam hanc percepturi estis oblationem, multis antea diebus vos purificate per pœnitentiam, per orationem, per eleemosynam, & alia spiritualia exercitia: & ne rursum revertimini, ut canis, ad proprium vomitum.* Chrysost. *Animo soluto & securo* (μεθύμως) *ad divina adire Christi mysteria supplicium secum affert, & quidem intolerabile, quamvis id vel semel per annum quis facere audeat.* Idem. Verumenimverò ex his S. Justini verbis de probatione Paulina satis apparet, cœnam Dominicam manducari, & communicationem corporis & sanguinis Domini ritè & ordine fieri atque celebrari non posse, ubi legitima Ecclesiastica censura, excommunicatio, & exclusio incompositorum à precum, doxologiæ & gratiarum actionis communione, mysteriorumque sacratissimorum perceptione non exercetur: *In qua censura*, ut ait Tertull. eo quem suprà designavi loco, *magno cum pondere judicatur, ut apud certos de Dei conspectu ac judicio, quippe quæ summum futuri judicii sit præjudicium.* Censuræ ejusmodi Ecclesiasticæ documentum habemus illustrissimum, apud Theodoritum libro 5. cap. 18. Sozomenum lib. 7. cap. 24, & Nicephorum lib. 12. cap. 41. Ecclesiasticarum historiarum. Et disertis verbis impœnitentes & profanos excommunicat Joan. Chrysostomus. *Nullus ergo Judæ, nullus ergo Simon*

Simon hanc mensam adeat: quantum uterque aris cupiditate periit. In Matth. 24. Homil. 51. *Si dux igitur quispiam, si consul ipse, si is qui diademate ornatur, indigne adeat, cohibe ac coerce: majorem in illo habes potestatem.* Idem Matth. XXVI. Homil. 83. *Omnes simpliciter pellamus quos indigne accedere videmus; nullus communicet, nisi ex discipulis sit* (cum discipulis, inquit, meis facio pascha.) *Nullus impuro animo, sicut Judas, panem sumat, ne similia patiatur.* Idem ibidem. *Quod si ipse pellere non audes, mihi dicas; non permittam ista fieri. Animam prius tradam meam, quam alicui Dominicum corpus indigne: sanguinemque meum potius effundi patiar, quam sacratissimum illum sanguinem, praeterquam digno concedam. Quod si quis venerit cum sordibus ignorantes, nulla vestra culpa est* (De occultis enim non judicat Ecclesia.) Idem ibid. LANG.

Pag. 98. Ἐν τοῖς τῦ Μίθρα μυστηρίοις) Tertullianus, libro de Præscriptionibus cap. 40. *Si adhuc* diabolus *initiat Mithræ, signat illic in frontibus milites suos; celebrat & panis oblationem.* De Mithra vide quæ habent Gerhard. Jo. Vossius libro 2. de Orig. Idololatriæ cap. 9. & Jo. Lud. de la Cerda ad Tertullianum de Corona militis cap. 15. KORTHOLT.

Ibidem, Τῇ τῦ ἡλίυ λαμπρᾷ ἡμέρᾳ.] Idem Tertullianus innuit, quando Christianos *diem* Solis *lætitiæ indulgere*, sive lætum festumque celebrare scribit Apolog. cap. 16. cumque *Dominicorum solemnium* sub finem Libri de Fugâ in persecutione meminit. Similiter huc pertinet, quod Trajani ætate, id est, circa initia secundi seculi, *stato die ante lucem convenisse* Christianos, *carmenque CHRISTO quasi Deo dixisse secum invicem*, Plinius memorat Junior, Epistola 97. libri 10. KORTHOLT.

Eadem pag. 98. Τὰ ἀναμνησθησόμενα τῶν Ἀποστόλων.] *Coimus ad divinarum literarum commemorationem, si quid præsentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam præceptorum nihilominus inculcamus. Ibidem etiam exhortationes, castigationes & censura divina.* Tertull. in Apolog. cap. 39. LANG. Olim scilicet integri Scripturæ Libri ab initio ad finem usque perlegebantur & pertractabantur, eo ordine, ut reversi ad sacras operas Lectores & Tractatores, inde inciperent, ubi ante finierant. Solennibus tamen festis, v. g. Paschatos, Pentecostes, diebus item Jejuniorum, lectio ac sermones tempori reique præsenti congruebant. Sicut id inter alia patet ex procemio Expositionis Augustini in Epistolam S. Johannis; quod tale est: *Meminit Sanctitas vestra, Evangelium secundum Johannem ex ordine lectionum nos solere tractare. Sed quia nunc interposita est solennitas sanctorum dierum, quibus certas ex Evangelio lectiones oportet in Ecclesiâ recitari, quæ ita sint annuæ, ut alia esse non possint; ordo ille, quem susceperamus, necessitate paululum intermissus est, non amissus. Cum autem cogitarem, quid secundum hilaritatem præsentium dierum per hanc hebdomadem vobiscum de Scriptura agerem, quantum Dominus dare dignatur, quod posset in istis septem vel octo diebus finiri; occurrit mihi Epistola beati Joannis: ut, cujus Evangelium paululum intermissum, ejus Epistolam tractando, ab eo non recedamus.* Præter pericopas Biblicas & alia in conventibus sacris olim solebant prælegi. Sic suâ ætate illustrem illam Clementis Rom. ad Corinthios Epistolam, quæ hodieque superat, publicè in Ecclesiâ fuisse recitatam, testatur Eusebius Histor. Eccles. lib. 3. cap. 16. Dionysius Corinth. apud eundem lib. 4. cap. 23. & Hieronymus, Libro de Scriptoribus, in Clemente. Qui ipse auctor, eodem Libro, de Ephrem quoque Syro, Edessenæ Ecclesiæ Diacono, memorat, quod *ad tantam veneris claritudinem, ut post lectionem Scripturarum publice in quibusdam ecclesiis ejus scripta fuerint recitata.* Confer Epiphanium hær. xxx. 15. & adde Athanasii fragmentum 39. Epistolæ festivæ, ubi inter libros solemniter prælectos

prælectos numerantur τῶν ἀποστόλων (forte Canones innuunt Apostolici) & ἀναγν. Liber apud veteres celebertimus. KORTHOLT.

Eadem pag. 98. Ἐκκλησίαν τὴν συναγομένην] Nempe in veteri Ecclesia Lector diversis erat a Tractatore finis. Concionatore; recitabaque ut palam & ab omnibus audiri possit. Vide Cyprianum Epistola 34. ubi de Celestio, post indictam confessionem fortiterque toleratis carceris molestias ac plagas Lectore ordinato: *Sacra publicabat, illic ille dies super tribunal Ecclesiæ, apertis omnium auribus, ut hoc ultiro celsitas patientiæ, & pulsi carceris pro honoris sui claritate confiteor, lecta præcepta & Evangelium Domini.* Sic etiam in Judæorum Synagogis esse solebat Anagnostes: Qui postquam legisset attributum diei sabbato, licebat disserendi copia. Vide Actor. XIII. 15. quæque notat in Luc IV. 16, 20. H. Grotius. KORTHOLT.

Ibidem, Περὶ τῶν λόγων] Tertullianus Apologia cap. 39. *Cognoscat ad divinæ literæ pertinere quæque adversus, & quid præsentem, temporum qualitas cui præmuniendum sit, aut præcaveri.* Quæ *Judæi fastidio vectibus pellerent, lapidibus obruerent, fidelium figuras, Christianorum substantias incenderent.* Hinc etiam colligere licet, utilissimum & cautæ Sic Origenl. libro 3. contra Celsum, Christianos dicuntur Ἀναγινώσκειν τὰ ἐκ τῶν θείων λόγων ἐπιτήδεια τῇ τοῦ ἀναγινώσκοντος χρείᾳ. *Quæ vero sufficere videntur, aptissima ad ædificationem eorum, qui ad ea accedunt, ut hoc faciant.* Ἐκ τῶν ἐπιτηδείων τῇ τοῦ ἀναγινώσκοντος χρείᾳ. *Ex iis quæ ad lectionis utilitatem apposita fuerint ad plenam fidei Dogmatis cognitionem.* Ἐπιτήδεια ἀναγινώσκειν τοῖς ἐθέλουσιν ἐπὶ τὸ ἀκριβέστερον τῆς πίστεως τῶν δογμάτων ἐπιβάλλειν. *Lectionibus vacare, qui ad accuratiorem fidei Dogmatum cognitionem animum adjicere volunt

ptores; additâ ratione, stantes dicto tempore oràsse fideles in memoriam resurrectionis CHRISTI eo die resuscitati, itemque in signum futuræ carnis ejusdem resurrectionis. Vide Tertullianum Libro de Corona militis cap. 3. Concilium Nicænum can. 20. Basilium M. de Spiritu S. ad Amphilochium cap. 27. Hieronymum adversus Luciferianos, Augustinum Epist. 119. Maximum Taurinensem serm. de Pentecoste [est inter Ambrosianos 61.] Cassianum de Institutis Cœnobiorum lib. 2. cap. 18. Isidorum de Eccles. offic. lib. 1. cap. 33. Rabanum Maurum lib. 2. Instit. Clericorum cap. 42. Auctorem Quæstionum ad Orthodoxos, quæ Justino nostro vulgò tribuuntur, Quæst. 115. KORTHOLT.

Eadem pag. 98. *Ut incipiens &c. voluerint*] Tertullianus Apolog. cap. 39. *Adhibetur unusquisque stipendii, mensuræ dies, vel cibus vilis, & si modo vilis, & si modo possit, apponis. Non nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt; nam inde, non epulis, nec potaculis, non ingratis voluptatibus defunguntur, sed egestate alendis humilioque, & pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, jamque domesticis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, vel in carcere, dumtaxat ex causa Dei sectæ, alumni confessionis sunt factitantur.* Eadem hæc quæ notavimus supra ad verba: *unum Deum agnoscere.* KORTH.

Pag. 99. *Ewald etiam &c. quies*] Ad eundem planè modum Gregorius Turonensis, Histor. Francorum lib. 10. cap. 30. *Sanctum illi hos dies, qui in principio horum conditum primum fabbati, ac Dominicæ resurrectionis ratio emonet, observare, quæ omni fide à Christianis observari debet.* Confer lib. 1. cap. 33. Sed & easdem has rationes, aliis insuper additis, affernit Auctor sermonis 251. de Tempore, Augustino olim solito. Concilium Parisiense sub Ludovico & Lothario, cap. 30. Epistola Synodica, quæ sub titulo Ordinationis feriarum Paschalium, Tomo II. operum Bedæ extat, Isidorus lib. 1. de Eccles. Offic. cap. 25. Rabanus Maurus lib. 2. de Instit. Clericorum cap. 42. Peculiarem porrò rationem illam à resurrectione petitam causam Augustinus habet Epist. 119. ad Januarium, *Dies Dominicus*, inquiens, *Christianis resurrectionis Dominicæ declaratus est, & ex illo habere capit festivitatem suam.* Similia leguntur apud eundem lib. 22. de Civ. Dei cap. 30. Tract. 120. in Joannem, serm. 15. de verbis Apostoli, & Basilium M. de Spiritu S. ad Amphilochium cap. 27. Isidorum Etymolog. lib. 6. cap. 11. Maximum Taurinensem, serm. de Pentecoste 3. ubi elegantes sat. *Dominica nobis idem venerabilis est magno solemnitatis gaudio, quod Sabbatum, vobis Sol ariens, discussis infernorum tenebris luce resurrectionis illuxit.* Quid? quod Ebionæos etiam, Judaicæ quamvis legi in plerisque adhærentes, Dominicum diem ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, periodo ex Christianis celebrasse, libro 3. Historiæ Eccles. cap. 27. Eusebius testatur. Atque hinc eadem illa dies ἡμέρα ἀναστασίμη vocatur Ignatio, in Epistola ad Magnetianos, (ubi quoque τὸν ἀναστάσιμον τῆς κυριακῆς ἡμέρας τύπον legit Basilio M. loco supra citato; *diei resurrectionis typum*) Irenæo Epist. 27. Cæsario Arelatensi Homil. 12. & auctori sermonis, qui Leoni Augustini sermones de tempore est 136. KORTHOLT.

Eadem *Et sic finis apud*] Eodem modo Lactantius, Institut. lib. 7. cap. 14. *Si vobis sabbatum videatur, cavendum: si Sabbatum, quæ sequuntur: si illud: nobis autem Sabbatum, quies fidelis. Quid lucramur? quod laboramus? Et Augustinus sermone 251. de Tempore: hanc Sabbatum requiem, hanc sanctificationem vestram: hanc Sabbatum spiritualem.* Confer Augustinum sub finem libri 1. *Non placent ea, quæ dicit* CHRISTUS, *&c. quæ sequuntur, ordinem à nobis; pro judicio ea variavimus. [illegible] ut [illegible] dona promittit; videre ut [illegible] bat, promittens, videbatur. Quorum alii hæc [illegible] (quem [illegible] sum [illegible]) quæ libido tam carnifex, inexplicabile bellum indicere nihil de se merito?*

Similia

Similia habet Athenagoras sub finem Apologiæ, εἰ δὲ τῷ, scribens, λέγ@ πολὺς ὄχλος, — κρύβδην μὲν οὖν ἐν εἰκότως δέδεκται μαθεῖν λέγ@ τοὺς ἀ πεπυσμένους, ἀπ' ἐν ἡδίας. οἷς γὰρ ἐπιτρέπ@ μᾶλλον ἑαυτοὺς λέγειν, ἀδικεῖ@ μᾶλλον ἑάσαι. KORTHOLT.

Eadem pag. 99. Εἰ δὲ λέγ@ ὑμῖν δοκεῖ] Ita sane Paganis solenne erat, exagitare Christianorum sacra & dogmata, ut pueriles ineptias, muliebrem superstitionem, anilis fabulas, γοητικὰν ἐνθυμήσεις γελοίων, & πυργικὰ παρὰ τοῖς μυθολογήμασι, figmenta male-sanæ opinionis, ὕβλεις, ἀσύλητον λατρείαν, πρᾶγ@ ἀλόγιον, φιλομύθιον, μωρολογίαν παντελῶς, τερατεία τῶν μύθων, uti constat ex Arnobii libro 2. Lactantii lib. 5. cap. 1. 13. Minucii Felicis Octavio, Luciani Philopatride, Origenis libro 4. contra Celsum, Cyrilli Alexandr. libr. 1. 2. 3. contra Julianum. Præcipuèque huc pertinet, quod sub initium libri sui 3. Autolycum ita compellat Theophilus Antiochenus: λέγειν οὐκ ἐνεχώρησεν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. *Nugas esse arbitraris sermonem veritatis.* Confer quæ notavimus supra ad verba: μωρίαν ὑμῶν κηλιδοφανοῦσι. KORTHOLT.

Ibidem, Καίσαρ@ Ἀδριανοῦ] Hadrianus Imperator adeò benignè de CHRISTO sensisse dicitur Ælio Lampridio, ut, ad exemplum Tiberii, in Deos referre eum voluerit, eoque fine varia templa sine simulacris ædificarit. Verba Lampridii, in Alexandro Severo: *CHRISTO templum facere voluit* Alexander, *eumque inter Deos recipere. Quod & Adrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris jusserat fieri: quæ hodie idcirco, quòd non habent Numina, dicuntur Adriani; quæ ille ad hoc parasse dicebatur. Sed prohibitus est ab iis, qui, consulentes sacra, reperierant, omnes Christianos futuros, si id optatò evenisset, & templa reliqua deserenda.* Hæc Lampridius, cujus tamen narratio non levibus de causis quibusdam suspecta est. Vide quæ hèic notat Casaubonus. KORTHOLT.

Eadem pag. 99. Ἀδριανῷ ὑπὲρ χριστιανῶν ἐπιστολή] Repetit hæc ex Justino Eusebius Historiæ Eccles. libro 4. cap. 8. 9. Item in Chronico, ad annum Hadriani X. ubi mentem ipsius sic exprimit Hieronymus: *Serenus Granius, Legatus, vir apprime nobilis, literas ad Imperatorem misit; iniquum esse dicens, clamoribus vulgi innocentium hominum sanguinem concedi, & sine ullo crimine, nominis tantùm & sectæ nos reos fieri.* Facit quoque rescripti hujus mentionem celeberrimus ille Sardium in Asiâ Episcopus Melito, verbis, quæ ex Apologiâ ejus ad Antoninum petita, Eusebius recitat Historiæ libro 4. cap. 26. τῶν ἐπ' ἐκείνου (loquitur de temerariis Christiani nominis calumniatoribus) ἀγνοίαν οἱ σοὶ εὐσεβεῖς πατέρες ἐποιήσαντο, πολλοὺς πολλοῖς ἐπικληζαντες ἐγκλήμασι, ὅσα καὶ τῶν ἐναντίων ἐτόλμησαν. σὺ οὖν ὁ μᾶλ πάππ@ σ@ Ἀδριανὸς, πολλοῖς μὲν ἡ ἄλλοις, ἡ φασιάνῳ δὲ τῷ ἀνδρικωτάτῳ ἐγκρίνων τῇ Ἀσίας γεγράφει φαίνεται. *Imperium illorum correxerunt piissimi parentes tui, frequentibus rescriptis objurgantes eos, qui adversus religionis nostræ homines novi aliquid moliti essent. Inter quos avus tuus Hadrianus, tum aliis pluribus, tum Fundano, Asiæ Proconsuli, literas dedit.* Vide præterea Sulpitium Severum Historiæ sacræ libro 2. KORTHOLT.

Ibidem, Μινουκίῳ φουνδανῷ] *Fundanus* hic is ipse creditur esse Baronio, ann. CXXVIII, 5. ad quem scribit Plinius lib. 4. Epist. 15. & lib. 6. Epist. 5. quique in Plutarchi dialogo de Ira cohibenda interloquitur, ut vir optimus; quem & in Lib. de Tranquillitate animi idem laudat. Cæterum quod ad literas à Serenio acceptas Fundano hèic respondet Hadrianus, causa videtur fuisse, quod interea aut ex vitâ aut ex magistratu ille decesserat. Proconsules enim annuèrant. KORTHOLT.

Idem, Ἐπιστολὴ ἑλληνίων] Similis haud dubiè fuit Graniani hæc Epistola Plinianæ illi, qua Trajanum in causa Christianorum consuluit. Cui etiam Trajanus tunc, ut hèic Hadrianus Minucio, quid facto opus esset, rescripsit;

reſcripſit; ſicut ex Epiſt. 97. & 98. libri 10. Plinii apparet, ubi etiam, quod ſolenne ſibi fuerit, omnia de quibus dubitaret, ad Trajanum referre, idem teſtatur. Et certè liber Epiſtolarum, quem modò citabam, decimus, maximam ſui partem relationes iſtiuſmodi & conſultationes complectitur, quibus *regi* à Trajano Plinius & *hæſitatione liberari* petit: quemadmodum & liber ultimus Epiſtolarum Symmachi talium relationum plenus eſt. Nempe ipſis legibus cautum erat, ut cauſæ dubiæ, quæ per Judicem inferiorem definiri non poſſent, ad majorem poteſtatem referrentur. Vide lib. 1. ſeqq. C. de Relationibus, lib. 1. ſeqq. Cod. Theod. eod. lib. 9. C. de Judiciis, lib. 11. D. de Minoribus; & confer præterea Ariſtidem Orat. in urbem Romam, Amm. Marcellinum lib. 15. 29. Nec videtur dubitandum, quin ſimiles Granianæ etiam ab aliis aliarum provinciarum Præſidibus Epiſtolas in Chriſtianorum cauſa Hadrianus acceperit: cum de eodem teſtetur Melito, apud Euſebium lib. 4. cap. 26. quod non uni Fundano, ſed & πολλοῖς ἄλλοις *pluribus aliis* de Chriſtianis ſcripſerit. KORTHOLT.

Eadem pag, 99. Σερηνίῳ Γρανιανῷ] Non eodem modo hujus nomen exprimitur ab omnibus. Quidam enim Serenus ſcribunt; alii Serenius; alii Serennius: alii denique Serinnius? & rurſum nonnulli Granius; quidam Grannius; alii Granianus. Verum interim viri nomen videtur fuiſſe Serenus Granius. Nota quippe gens Grania Romanorum; cujus paſſim mentio apud auctores veteres, & in antiquis ſaxis: notum quoque, Serenus inter cognomenta hujus gentis fuiſſe. Maximè autem huc facit inſcriptio Romana, apud Gruterum pag. 543. num. 6. in qua legitur M. GRANIUS. SERENVS. MIL. COH. V. PR. KORTHOLT.

Ibidem, Λαμπρότατε ἀνδρὸς] Euſebius Hiſtoriæ lib. 4. cap. 8. vocat λαμπρότατον ἡγεμόνα. Quod dum Hieronymus, in Chronico Euſebiano, *Legatum* vertit, miratur in ſuis Annotationibus Euſebianis Valeſius, Hieronymi errorem hunc à Scaligero non eſſe obſervatum. *Nam*, inquit, *cùm ex epiſtola ipſius Hadriani, quæ infrà ſubjicitur, conſtet, Serennium Granianum deceſſorem fuiſſe Minucii Fundani; ipſum verò Minucium Proconſulem Aſiæ fuiſſe diſertè teſtetur Juſtinus: neceſſariò conficitur Granianum Proconſulem Aſiæ exſtitiſſe.* Verumenimvero, utut hoc ex Hadriani epiſtola manifeſtum ſit, Serennium Granianum deceſſorem fuiſſe Minucii Fundani; alterum tamen illud, Minucium Aſiæ fuiſſe Proconſulem, Juſtinus diſertè non dicit; etiamſi ipſum ita citet in Hiſtoria ſua Euſebius, atque apud eundem Euſebium libro 4. cap. 26. de Fundani Proconſulatu teſtetur Melito. KORTHOLT.

Eadem pag. 99. Τοῖς συκοφάνταις χρηνία κακοηθείας παρεχομένοις] Talis erat κακοηθεία, quòd Plinii Junioris tempore à religionis noſtræ hoſtibus libelli proponebantur ſine auctore, quibus Chriſtiani deferebantur. De quibus Trajanus ipſi reſcribit, Epiſtola 98. libri 10: *Sine auctore propoſiti libelli nullo crimine locum habere debent. Nam & peſſimi exempli, nec noſtri ſeculi eſt.* KORTH.

Pag. 100. Ὡς γὰρ οὐδὲ βήματος ἀποκρίνοιτο] Summa erat in Chriſtianos iniquitas, quod, cùm nefandorum illi ſcelerum poſtularentur, non tamen permittebatur iis in judicio ſtare, & pro innocentia ſua loqui. Eam in rem Tertullianus, Romani imperii Antiſtites alloquens, Apolog. cap. 2. *Si certum eſt*, inquit, *nos nocentiſſimos eſſe, cur à vobis ipſis aliter tractamur, quàm pares noſtri, id eſt, cæteri nocentes; cum ejuſdem noxæ eadem tractatio debeat intervenire? Quodcumque dicimur, cum alii dicuntur, & proprio ore & mercenaria advocatione muniuntur ad innocentiæ ſuæ commendationem; reſpondendi, altercandi facultas patet; quando nec liceat indefenſos & inauditos omnino damnari. Sed Chriſtianis ſolis nihil permittitur loqui, quod cauſam purget, quod veritatem defendat, quod Judicem non*

faciat injuſtum. De eadem injuria queritur Athenagoras ſub initium Apologiæ. Notumque eſt ex Euſebii Hiſtoria Eccleſ. lib. 5. cap. 1. dum in perſecutione Gallicana ſub Marco Antonino, Vettius Epagathus poſtularet, *ut ſibi quoque liceret pro fratribus cauſam dicere, palamque oſtendere, ὅτι μηδὲν ἄθεον μηδὲ ἀσεβὲς ἐσὶν ὑφ' ἡμῖν, nihil apud nos impium aut irreligioſum reperiri*; Præſidem illico ducere ipſum juſſiſſe, addito elogio, quod eſſet παράκλητος χριστιανῶν, *Advocatus Chriſtianorum.* KORTHOLT.

Eadem pag. 100. τὸν ἀξιώσοσιν, ἐδὲ μόνας βοὰς] Nimirum frequentiſſimæ erant iis temporibus hujuſmodi populi vociferationes, quibus Chriſtiani ad ſupplicia depoſcebantur. Recteque Tertullianus ſcripſit, Apolog. cap. 35. *Nec ulli magis depoſtulatores Chriſtianorum, quàm vulgus.* Et Chryſoſtomus Homil. 40. in Juventinum & Maximum: Δῆμοι δημικῶς ἐπαιτήσαντο. *Populi perpetuò in nos inſurrexerunt.* Ita Cyprianus *ferocientis populi impetus* meminit epiſtola 81; ſeque *clamore populariùm ad leonem poſtulatum in circo*, refert Epiſtola 55. Similiter de populi furore queritur, Polycarpi deſcribens martyrium, Eccleſia Smyrnenſis, apud Euſebium lib. 4. cap. 15. ἐπιβοῶν, inquiens, τὸν ἀρχιερέα τὸν Ἀσιάρχην φιλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα. *Inclamabant, rogabantque Philippum Aſiarcham, ut leonem adverſus Polycarpum emitteret.* Et mox: ἔδοξεν αὐτοῖς ὁμοθυμαδὸν ἐπιβοῆσαι, ὡς τι ζῶντα τὸν Πολύκαρπον κατακαῦσαι. *Omnes uno conſenſu acclamarunt, ut Polycarpus vivus combureretur.* Sed & Lugdunenſes ac Viennenſes, apud eundem Euſebium libro 5. cap. 1. memorant, Gallos illos martyres, quorum ibi hiſtoriam deſcribunt, fortiter toleraſſe τὰς ὄχλου ἐπιβοήσεις, *populi acclamationes.* Ac paulo poſt de Pothino ſpeciatim narrant, quod ad tribunal pertractus ſit, παντὸς τοῦ πλήθους ἐπιβοήσεις ποικίλας ποιουμένου, *univerſa plebe variis eum acclamationibus impetente*: narrant item de Maturo & Sancto, quod perpeſſi fuerint πάντ' ὅσα μαινόμενος ὁ δῆμος ἄκρως ἀνακράζειν ἐπιβοᾶν τῷ ἐπικαλοῦντο, *quæcunque vulgus inſanum* (Tertullianus *inimicum vulgus* dicit, Apolog. cap. 37. uti Cyprianus Epiſt. 81. *ferocientem populum*; ἠρεθισμένου πλήθους, ὃν μαινομένον δῆμον Gallicanæ Eccleſiæ apud Euſebium lib. 5. cap. 1.) *pro ſuo quiſque arbitrio variis acclamationibus imperabat.* Narrant de Alexandro, quod populus adverſus ipſum conclamaverit; & de Pontico ac Blandina, quod adeò in eos plebs (τὸ πλῆθος) inarſerit, ὡς μήτε τὴν ἡλικίαν τοῦ παιδὸς οἰκτεῖραι, μήτε τὸ γύναιον αἰδεσθῆναι, ut nec ætatem pueri miſeraverint, nec mulieris ſexum ulla proſequerentur reverentia. Queritur porro de vulgi furore Melito, celeberrimus ille Sardianus Epiſcopus, Chriſtianos δημώδει λεηλασίᾳ, *publico latrocinio* vexari ſcribens apud Euſebium lib. 4. cap. 26. Queritur & Dionyſius, Epiſcopus Alexandrinus, de eadem populi inſania, qui totam pietatem in eo ſitam eſſe exiſtimaverit, ut cædibus in CHRISTI ſervos graſſaretur, rurſus apud Euſebium lib. 6. cap. 41. Eodem quoque ſpectat iſtud Tertulliani notiſſimum, Apolog. cap. 40. *Si Tiberis aſcendit in mœnia, ſi Nilus non aſcendit in arva, ſi cœlum ſtetit, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues*; *ſtatim Chriſtianos ad leonem.* Confer lib. 1. ad Nat. cap. 9. Et memorabile eſt, quod in ſuprà laudata Smyrnenſium epiſtola legimus, cum Polycarpus Judici fidei ſuæ rationem reddere vellet, repoſuiſſe hunc: πεῖσον τὸν δῆμον, *perſuade populo*: quaſi ſuo ipſe judicio parùm fideret, nî etiam populo factum eſſet ſatis. Ac certè, cum aliquando Diocletianus Imperator nonneminem abſolveret, circumſtans populus tumultuando clamabat, morte dignum eſſe. Quamquam ille fortiter atque conſtanter alteram hanc ſententiam tunc ediderit: *Vanæ voces populi non ſunt audiendæ: nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine abſolvi, aut innocentem condemnari deſiderant*; lib. 11. C. de Pœnis. Eadem Hadriano mens fuit, teſte Euſebio Hiſt. Eccleſiaſt. lib.

lib. 4. cap. 8. & in Chronico ad ann. Hadriani X. Eadem Septimio Severo: quem populo adverſus Chriſtianos furenti palam reſtitiſſe Tertullianus ad Scapulam ſcribit cap. 4. At Juliano τῷ παραβάτῃ Gregorius Naz. Invect. 1. exprobrat, quod vim ac tyrannidem populari turbæ & civitatibus in noſtros permiſerit, earumque impetum ac audaciam minimè repreſſerit. KORTH.

Eadem pag. 100. Ἀντωνῖνε ἐπιστολὴ] De hac Juſtini Apologiæ ſubjuncta epiſtola ſic judicat Joſephus Scaliger Animadverſ. Euſeb. num. MMCLXXVIII. *Reſcriptum Antonini Pii à Juſtino additum non fuiſſe, ex eo patet, quod ipſe ejus mentionem non facit. Et, ſi vivente Juſtino reſcriptum illud emiſſum fuiſſet, non dubium eſt, Juſtinum ipſo potiùs uſurum fuiſſe ad defenſionem ſui, quia ad Antoninum ipſum dirigitur Apologeticus, quàm illo Hadriani, ad quem Apologeticus non pertinet.* Ubi ut certum ponere videtur Scaliger, eſſe hoc reſcriptum Antonini Pii. Cui etiam Euſebius illud tribuit, Hiſtoriæ Eccleſ. lib. 4. cap. 13. Cæterum manifeſtam hanc eſſe hallucinationem Euſebii, Antonino Pio tribuentis, quod erat Marci Aurelii, idem ait Scaliger num. MMCLVII. Et ſanè ipſa, quæ apud Euſebium exhibetur, epiſtolæ inſcriptio, Marco Antonino eam vendicat. Quo argumento & Valeſius, in ſuis ad hunc Euſebii locum notis, evincere conatur, eſſe hoc edictum revera Marci, & non Antonini Pii. Addit rationem aliam; nempe quod Melito, cùm omnia Antonini Pii reſcripta pro Chriſtianis recenſeat, apud Euſebium lib. 4. cap. 26. epiſtolam ſcilicet ad Lariſſæos, ad Theſſalonicenſes, ad Athenienſes, & ad Græcos univerſos, nullam hujus ὠφελίας τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας ἐπιστολῆς faciat mentionem; non omiſſurus, ſi verè reſcriptum hujuſmodi Pius edidiſſet: cum & Aſianus fuerit Melito, indeque haud potuerit ignorare epiſtolam, quæ publicè eſſet Epheſi propoſita; & vero prorſus non ſit ſimile, alia quidem Pii reſcripta commemorare ipſum voluiſſe, hujus autem ad ſuos populares miſſi ne verbulo quidem facere mentionem. Interim Euſebii ſententiam (quam & Zonaras amplectitur) ex recentioribus tueri atque confirmare ſatagit P. Halloix in ſuis ad vitam Juſtini notationibus cap. 5. KORTHOLT.

Ibidem, Ἐκεῖνος κελεύσαν] Tertullianus, libro 1. ad Nationes cap. 10. *Pudeat Deos ab homine defendi!* & paulo antè: *Quod ſi circo vobis quoque* Gentilibus *irascuntur* Dii, *quoniam de noſtra eradicatione negligitis, abſolutum eſt de infirmitate & mediocritate eorum. Nam non irascerentur vobis in animadverſione ceſſantibus, ſi ipſi exſequi poſſent.* Cyprianus ad Demetrianum: *Si quid Diis tuis numinis & poteſtatis eſt, ipſi in ultionem ſuam ſurgant, ipſi ſe ſua majeſtate defendant. Aut quid præſtare colentibus poſſunt, qui ſe de non colentibus vindicare non poſſunt? Nam ſi eo, qui vindicatur, pluris eſt ille, qui vindicat, tu Diis tuis major es. Si autem iis, quos colis, major es, non tu illos colere, ſed ab ipſis potius coli debes & timeri ut dominus. Sic illos læſos ultio veſtra defendis, quomodo & clauſos, ne pereant, tutela veſtra cuſtodit. Pudeat te eos colere, quos tu ipſe tueris!* Lactantius Inſtitut. lib. 2. cap. 4. *Quæ perverſitas, ad eorum præſidia decurrere, quæ ipſa, cum violantur, inulta ſunt, niſi à colentibus vindicentur?* Et paulo poſt: *Sæviunt* Pagani, *non tam ira, quàm metu: ne, ſi Deorum injuriam non vindicaverint, ipſos expetant pœnæ: incredibili ſcilicet vanitate; qui nocituros ſibi Deos putent ob aliena ſcelera, qui ipſis, à quibus violati ſpoliatique ſunt, per ſeipſos nihil nocere potuerunt.* Tertullianus Apolog. cap. 13. *Vos* Gentiles *impii, & ſacrilegi, & irreligioſi erga Deos veſtros deprehendimini: qui, — quos vindicatis, illuditis.* Huc quoque pertinet, quod Celſus, apud Origenem libro 8. Chriſtianos ita loquentes introducit: ἰδὲ, παραιτῆς τῷ ἀγάλματι τὸν Διὸς, ἢ Ἀπόλλωνος, ἢ ὅστις δήποτε θεῶν, βλασφημῶ τὸ μετρίζω, τὸ ἐδὲν μὲ ἀμύνεται. *Ecce Jovis, aut Apollinis, aut cujuſlibet Dei ſimulacro adſiſtens, maledico ei; colaphos incutio: nec tamen eorum ullus*

 pœnam

panam de me ſumis. Conſer Judic. VI. 31. 32. KORTHOLT.

Eadem pag. 100. ὡς εἰς πειρατὴν ἐμβάλλετε] Non erat inſolens ea tempeſtate, ut ſuopte furore, ſine Principum mandatis, vulgus in Chriſtianos æviret. Quam in rem Tertullianus Apolog. cap. 37. Romani imperii Antiſtites affatus: *Quoties*, ait, *præteritis vobis, ſuo jure nos inimicum vulgus invadit lapidibus & incendiis?* Sic de perſecutione, quæ ſub Trajano Eccleſiam Dei vexavit, Euſebius memorat, libro 3. cap. 32. quòd excitata fuerit ἐξ ἐπαναστάσεως δήμων, *ex ſeditione populi.* Et de perſecutione ſub Decio Alexandriæ mota Dionyſius, ejus urbis Epiſcopus, ita ſcribit, apud laudatum Euſebium libro 6. cap. 41: οὐκ ἀπὸ τῦ βασιλικῦ προστάγματος ὁ διωγμὸς πρὸς ἡμῖν ἤρξατο, ἀλλὰ γὰρ ὅλον σύσταν τὸν πρόλαβεν. ἡ φήμη ὁ κακῶν τῇ πόλει ταύτῃ μήτηρ ἡ πυθὼν, ὅσις οἷός τε ἦν, οἰκίσασα τὸ πυρόεν πνεῦμα καθ' ἡμῶν τὰ πλήθη τῶν ἐθνῶν, εἰς τὸν ἐπιόντα αὐτὸς δεισιδαιμονίαν ἀναῤῥίπτασα. οἱ δὲ ἐρεθισθέντες ὑπ' αὐτῦ, ἡ πάσης ἐξουσίας εἰς ἀνοσιουργίαν λαβόμβοι, μήτε ἐυσέβειαν τὴν θρησκείαν τῶν δαιμόνων παύτλω ὑπέλαβον, τὸ καθ' ἡμῶν φονᾶν. *Nequaquam ex Imperatoris edicto perſecutio cœpta eſt, quippe quæ integro anno anteverterat. Etenim infauſtus quidam Vates ac Poëta, quiſquis ille fuit, commoverat jam antea atque incitaverat adverſus nos Gentilium turbas, ad innatam genti ſuperſtitionem animos eorum incendens. Ab hoc igitur homine ſtimulati, omnemque ad patranda ſcelera licentiam nacti, hanc ſolam pietatem cultumque dæmonum ſuorum exiſtimabant, ſi cædibus adverſus noſtros ſævirent.* Conſer quæ notavimus paulo antè, ad verba: σὺν ἀξιώσει. KORTHOLT.

Ibidem, Τὴν γνώμην αὐτῶν] Apud Euſebium lib. 4. cap. 13. ita legitur; βεβαιῶντες τὴν γνώμην αὐτῶν, ἥντερ ἔχουσιν, ὡς ἀθέων κατηγορῦντες. Nicephorus lib. 3. cap. 28, poſt verba, ἵνα δὴ ἔχωσιν, addit, σφᾶς ἡμῶν. Stabilitque hanc lectionem Ruffini interpretatio: *Vos confirmatis eorum, quos perſequimini, ſententiam, quam de vobis habent, dicentes vos impios eſſe.* Nempe quemadmodum Gentiles ἀθεότητος inſimulabant Chriſtianos (de quo dicimus ad Apologiam Athenagoræ) ſic hi viciſſim illis, præeunte Apoſtolo Epheſ. II. 12. (conſer 2. Joann. comm. 9. 1. Theſſ. IV. 5.) idem objiciebant impietatis flagitium. Ita Arnobius, ſub ipſum ſtatim initium ſui adverſus Gentes operis, affirmat, ſi recte res expendatur, futurum eſſe, *ut non impii nos* Chriſtiani *magis, ſed illi ipſi reperiantur criminis iſtius rei, qui ſe Numinum profiteantur eſſe cultores, atque inveteratis religionibus deditos.* Et libro 5. *Jamdudum me, fateor, reputantem mecum in animo rerum hujuſmodi monſtra* (qualia Ethnicorum ſuppeditat religio) *ſolitum eſſe mirari, audere vos dicere quemquam ex his Atheum, irreligioſum, ſacrilegum, qui Deos eſſe omnino aut negent, aut dubitent; aut qui eos homines fuiſſe contendant, & poteſtatis alicujus, & meriti causâ Deorum in numerum relatos: cùm, ſi verum fiat atque habeatur examen, nullos quàm vos magis hujuſmodi par ſit appellationibus nuncupari.* Similiter Clemens Alexandrinus, in Protreptico, de Paganis: ἀθέους, inquit, εἰκότως δίκαιοῦ τύτους. *Impios jure ipſos appello*; hujuſque ſuæ aſſertionis fundamenta ibidem mox proponit, de Gentilium atheiſmo fusè differens, iiſque τῶν ἀθέων μυστήρια, ἔδος ἄθεον, ἄθεον χλεύην, ἄθεον τῆς πλάνης τύφον, ac ſimilia exprobrans, & pariter, ut convertantur ἐξ ἀθεότητος εἰς Θεὸν, illos adhortans. Huc ſpectat, quod, ubi CHRISTI cultores Atheos proclamare juberetur, martyrium jamjam conſummaturus B. Polycarpus, & dicere: αἶρε τὸς ἀθέους, is manum in Gentiles, qui aderant, intendens, ſublatis in cœlum oculis dixit? αἶρε τὸς ἀθέους, ut eſt apud Euſebium libro 4. cap. 15. item, quod Julianum Apoſtatam ἄθεον à Chalcedonenſi Epiſcopo, Mare, palam inter colloquendum fuiſſe nuncupatum, Socrates memorat, Hiſtoriæ ſuæ libro 3. cap. 12. & Sozomenus lib. 5. cap. 4. quemadmodum Cyrillus etiam Alexandrinus in titulis ſive inſcriptionibus librorum, quos Juliano oppoſuit,

poſuit, eundem ſic appellat, uti generatim Paganos ita vocat libro 1. Nimirum veriſſimè Lactantius ſcribit, Inſtitut. lib. 5. cap. 9. Gentiles *retorquent in homines juſtos convicia ſibi congruentia. Impios enim vocant ipſi ſcilicet pii.* Quibus paulo poſt ſubjungit, inprimis ad Antonini mentem dicta: *Cum videant, & ſe & ſuos ea, quæ diximus* (omnis generis nefanda horrendaque ſcelera) *gerere, noſtros autem nil aliud operari niſi æquum, & bonum, poterant, ſi quid ſaperent, ex hoc intelligere, & illos, qui bonum faciunt, pios eſſe, & ſe impios.* Confer quæ idem habet dicti libri cap. 10. & lib. 2. cap. 1. ac 17. lib. 4. cap. 1. vide item Athenagoram in Apolog. cap. 13. Athanaſium Orat. contra Gentes, Theodoritum Therapeut. lib. 3. KORTHOLT.

Eadem pag. 100. Εἰη δ' ἂν ἐκείνοις χρήσιμον] Tertullianus ſub initium libri ad Scapulam: *Nos* Chriſtiani *neque expaveſcimus neque pertimeſcimus ea, quæ ab ignorantibus patimur: cum ad hanc ſectam utique ſuſceptâ ejus conditione pacti venerimus, ut etiam animas noſtras auctorati in has pugnas accedamus, ea quæ Deus repromittit, conſequi optantes, & ea, quæ diverſæ vitæ comminatur, pati timentes. Denique cum omni ſævitia veſtrâ concertamus, etiam ultro erumpentes, magiſque damnati, quàm abſolui gaudemus.* Idem Apolog. cap. 49. *Malumus damnari, quam à Deo excidere.* Lactantius Inſtitut. lib. 6. cap. 17. *Virtus eſt, mortem contemnere: — ut, coacti Deum relinquere, ac fidem prodere, mortem ſuſcipere malimus.* Refer huc, quæ notavimus Apolog. 1. ad verba: φόνος γὰρ ἡμῖν κατεψηφισται, & Apolog. 2. ad verba: ἡδέως ὁμολογοῦντες τὸν χριστὸν ἀποθνήσκομεν. KORTHOLT.

Ibidem, Περὶ δὲ τῶν σεισμῶν] Origenes in Matthæum cap. 24. Tract. 28. *Scimus, apud nos terræ motum factum in locis quibuſdam, & factas fuiſſe quaſdam ruinas; ita ut qui erant impii extra fidem, cauſam terræ motûs dicerent Chriſtianos: propter quod & perſecutiones paſſæ ſunt Eccleſiæ, & incenſæ ſunt.* Tertullianus Apolog. cap. 40. *Illis nomen factionis accommodandum eſt, qui in odium bonorum & proborum conſpirant: qui adverſus ſanguinem innocentium conclamant; prætexentes ſane ad odii defenſionem illam quoque vanitatem, quod exiſtiment, omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi, Chriſtianos eſſe cauſam. Si Tiberis aſcendit in mœnia, ſi Nilus non aſcendit in arva; ſi cœlum ſteterit; ſi terra movit; ſi fames, ſi lues, ſtatim Chriſtianos ad leonem.* Confer lib. 1. ad Nat. cap. 9. Scilicet omnia infortunia, quibus humanum genus premebatur, Chriſtianis accepta referebant idololatræ, nec niſi ipſorum ſanguine expiari poſſe, ſibi habebant perſuaſum. Quæ quidem calumnia anſam Arnobio dedit ſcribendi doctiſſimum iſtud adverſus Gentes opus; quemadmodum ſub initium eorum ipſe ſignificat: impulit item Auguſtinum, (ceu patet ex libro 2. Retract. cap. 43. libro de cura pro mortuis cap. 2. & Epiſt. 102. ad Evodium) ut celebres illos & multijugæ eruditionis copiâ prægnantes de Civitate Dei libros concinnaret. Quibus perficiendis cum intentus eſſet, Paulum Oroſium, Presbyterum Hiſpanum, ad ſcribendam eodem fine Hiſtoriam, Paganis opponendam, excitavit & impulit; veluti ex ipſa præfatione, quam operi ſuo Oroſius præmiſit, (cum qua conferri poteſt lib. 1. cap.) lib. 4. cap. 6. & 23. lib. 7. cap. 16. apparet. Occaſionem quoque dedit eadem illa criminatio Cypriani libro ad Demetrianum, Africæ Proconſulem. Vide præterea heic Tertullianum lib. 1. ad Nat. cap. 9. Origenem lib. 3. contra Celſum, Symmachum lib. 10. Epiſt. 54. & contra eumdem, Prudentium lib. 2. atque Ambroſium lib. 5. Epiſt. 31. Auguſtinum in Pſ. LXXX. & Epiſt. 5. Firmilianum apud Cyprianum Epiſt. 75. Euſebium Hiſtor. Eccleſ. lib. 9. cap. 9. cap. 7. 10. Auctorem Quæſtionum, quæ Juſtino noſtro ſolent tribui, quæſt. 126. KORTHOLT.

Eadem pag. 100. Ἐι πυῤῥησιαζόμεθα ὑμῶν γένοιτο] Inde eſt, quod paſſim inculcant

inculcant prisci illi religionis nostræ Vindices, si qua mala & adversa sub Christianismi ortum contigerint, ea potius impietati perversisque Ethnicorum moribus, quàm fidei Christianæ esse imputanda. Sic Tertullianus Apolog. cap. 41. Gentiles compellans: *Vos*, inquit, *importuni rebus humanis, vos rei publicorum incommodorum, vos malorum illices semper, apud quos Deus spernitur.* Et Arnobius libro 3. *Miseriarum omnium causa vos estis: vos Deos impellitis: vos excitatis infestare omnibus malis terras, & nova quæque quotidie struere, quibus ulcisci se possint, tot à vobis injuriis & maledictionibus exasperati.* Confer quæ idem habet libro 4. Similiter Lactantius Instit. libro 5. cap. 8. *ideò mala omnia rebus humanis quotidie ingravescere* scribit, *quia Deus, hujus mundi effector & gubernator, derelictus est; quia susceptæ sunt, contra quam fas est, impiæ religiones; postremò, quia ne coli quidem vel à paucis Deum sinitis.* Et cap. 10. ait: *Pro merito impietatis suæ gravioribus malis sæpe* Gentiles *vexantur.* Ac rursum: *Merito hujusmodi* Paganorum *pietatem pœna consequitur; & offensa divinitas scelere hominum prævè religiosorum, gravi eos infortunio mactat.* Sed & Cyprianus toto ad Demetrianum Libro id agit, ut inpietatem Ethnicum, ac speciatim crudelissimas illas Ecclesiæ persecutiones, infelicium temporum causam esse evincat. Inter cætera scribit: *Non, sicut tua*, Demetriane, *falsa querimonia, & imperitia veritatis ignara jactat & clamitat, ista accidunt, quod Dii vestri à nobis non colamur; sed quod à vobis non colatur Deus.* Et iterum: *Propter delicta vestra* Deus *avertit faciem suam à vobis, ne misereatur. Peccata itaque & delictæ repuentur, conscientiæ vulnera cogitentur; & desinet unusquisque de Deo vel de nobis conqueri, si, quod patitur, intelligat se mereri. Ecce, idipsum quale est, unde nobis vobiscum maximè sermo est, quod nos infestatis innoxios; quod in contumeliam Dei impugnatis atque opprimitis Dei servos? — Nec unquam impiorum scelere in nostrum nomen exsurgitur, ut non statim divinitus vindicta comitetur. — Unde clarum est atque manifestum, quia non per nos, sed pro nobis accidunt cuncta ista, quæ de Dei indignatione descendunt.* Quod ipsum etiam ostendere satagit Orosius, quando in sua Paganis opposita Historia pulchrè ostendit, post singulas Ecclesiæ persecutiones gravissima bella & clades consecutas, atque adeo ipsis potiùs persecutoribus, quàm Christianis talia esse imputanda. Junge quæ habet Eusebius Historiæ Eccles. lib. 8. cap. 13. 14. & in Append. cap. 3. libro item 9. cap. 8. lib. 10. cap. 7. ac de vita Constantini lib. 2. cap. 27. KORTHOLT.

Eadem pag. 100. Διώκετε ἕως γινάτε] Arnobius libro 1. adversus Gentes: *Deum principem, rerum cunctarum quæcunque sunt dominum, summitatem omnium summorum obtinentem, adorare, obsequio venerabili invocare, in rebus festis, totis, ut ita dixerim, sensibus amplexari, amare, suspicere, execrabilis religio est & infausta, impietatis & sacrilegii plena, cerimonias antiquitus institutas novitatis sive superstitione contaminans? hoccine est, quæso, audax illud facinus & immane, propter quod maximè Cælites aculeos in nos intendunt irarum atque indignationum suarum? propter quod vos ipsi, cum libido incesserit sæva, exuitis nos bonis, exterminatis patriis sedibus, irrogatis supplicia capitalia, torquetis, dilaceratis, exuritis, & ad extremum nos feris & beluarum laniatibus objectatis.* Lactantius, Institut. lib. 5. cap. 1. *Cultores Dei summi, hoc est, justos homines, torquent, interficiunt, exterminant.* Et cap. 12. *Ecce, in eo est errore civitas, vel potiùs orbis ipse totus, ut bonos & justos viros, tamquam malos & impios persequatur, excrucies, damnes, occidat.* Cyprianus ad Demetrianum: *Innoxios, justos, Deo charos, domo privas, patrimonio spolias, catenis premis, carcere includis, bestiis, gladio, ignibus punis.* KORTHOLT.

Ibidem, Εἰ δέ τις ἔχει πρὸς τινα τῶν τοιούτων] Eusebius Historiæ Eccles. lib 5. cap. 21. τῆς ῥωμαίων πόλεως Ἀποδώσιον, ἄνδρα τῶν τότε πρώτων ἐπὶ παιδείᾳ, καὶ φιλοσοφίᾳ βεβοημένον, εἰς δίκης τέλος ἤγαγε (ὁ δαίμων,) ἕνα μὲ φησι τῶν εἰς τοῦτο ἐπιτηδείων

ἐπτηδείων αὐτῷ Ἀλεκόνων, ἐπὶ κατηγορίᾳ τινὸς ἐγείρας. ἀλλ' ὁ μὲν δείλαιος παρὰ καὶ ἐν τῇ δίκῃ εἰσελθὼν, ὅτι μὴ ζῷν ἔξω ἦν κατὰ βασιλικὸν ὅρον τὸν τῶν τοιούτων μηνυτὴς, οὕτω καταγνοὺς τὸ σκέλη. *Romæ Apollonium quendam è numero fidelium, qui in humanioribus literis & in Philoſophia eximius habebatur, in judicium adduxit dæmon, ſuſcitato ei accuſatore homine quodam perditiſſimo, qui ad hujuſmodi flagitia idoneus imprimis miniſter ipſius videbatur. Sed miſer intempeſtivè ſuſcepta accuſatione, cum ex Imperatoris edicto capitalis pœna in eos, qui talia detuliſſent, eſſet conſtituta, confeſtim fractis cruribus occiditur.* Conſer Tertullianum Apolog. cap. 5. KORTHOLT.

Pag. 101. Μάρκος βασιλέως ἐπιστολὴ] Extitiſſe olim hujuſmodi Marci Antonini de patto Chriſtianorum militum precibus tanto beneficio epiſtolam, diſertè teſtantur veteres. Tertullianus nempe ad ipſos Romani imperii Antiſtites ita ſcribit, Apolog. cap. 5. *De tot Principibus ad hodiernum* (Severum) *divinum humanumque ſapientibus, edite aliquem debellatorem Chriſtianorum. At nos è contrario edimus protectorem: ſi literæ M. Aurelii, gravißimi Imperatoris, requirantur, quibus illam Germanicam ſitim, Chriſtianorum forte militum precationibus impetrato imbri diſcuſſam conteſtatur. Qui ſicut non palam ab ejuſmodi hominibus pœnam dimovit, ita alio modo palam diſperſit, adjecta etiam accuſatoribus damnatione, & quidem tetriore.* Euſebius in Chronico, ad annum Marci XIII. ex verſione Hieronymi: *Imperator Antoninus, multis adverſum ſe naſcentibus bellis ſæpe ipſe intererat, ſæpe duces nobiliſſimos deſtinabat. In quibus ſemel Pertinaci, & exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, ſiti oppreſſo, pluvia divinitus miſſa eſt: quam è contrario Germanos & Sarmatas fulmina perſequerentur, & plurimos eorum interficerent. Extant literæ M. Aurelii, gravißimi Imperatoris, quibus illam Germanicam ſitim Chriſtianorum forte militum precationibus impetrato imbri diſcuſſam conteſtatur.* Quæ poſtrema verba ex ante laudato Tertulliani loco Hieronymus mutuatus eſt. Porro etiam Oroſius, libro 7. Hiſtoriæ cap. 15. poſtquam eadem illa de militum Chriſtianorum miraculo narraverat, quæ Chronici Euſebiani verbis modò expreſſimus, ſubjungit: *Extare etiammum apud pleroſque dicuntur literæ Imperatoris Antonini, ubi invocatione nominis CHRISTI per milites Chriſtianos & ſitim illam depulſam, & collatam faſetur fuiſſe victoriam.* Sed & Xiphilinus eodem plane modo epiſtolæ hujus meminit, Hiſtoriæ Dionis Caſſii libro 71. Hodie verò ea non extat. *Nam illa Epiſtola, quæ nomine Marci Aurelii Antonini ſuper hac re ad calcem Apologetici poſterioris apud Juſtinum legitur, tantum abeſt ut ab ipſo Imperatore Græcè dictata, aut ex Latino ipſius in Græcum tranſlata ſit, ut infra ſeculum Juſtiniani Imp. ab imperitiſſimo rerum Romanorum Græculo confictam fuiſſe manifeſtò appareat:* verba ſunt Joſephi Scaligeri, Animadverſ. Euſeb. num. MMCLXXXIX. ubi etiam ſui illius judicii veritatem perſpicuis argumentis demonſtrat. Cæterùm de legionis fulmineæ prolixè agimus Tractatu de Perſecutionibus Eccleſiæ primitivæ cap. 5. 28. ſeqq. KORTHOLT.

Ibidem, Τὰ τῇ ἰμῇ σκοπῇ μαλάξη] *Voluit Marcus Marcomaniam provinciam, voluit etiam Sarmatiam facere: & feciſſet, niſi Avidius Caſſius ſub eodem in Oriente rebellaſſet.* Julius Capitolinus. Caſſii ipſius rebellionis cauſam hîc verbis ejus memorabilibus referre volui, quæ ſic habent apud Volcatium Gallicanum: *Miſera reſpublica, quæ divitiarum cupidos & divites patitur, miſera. Marcus, homo ſanè optimus, dum clemens dici cupit, eos patitur vivere, quorum ipſe non probat vitam. Vbi omnis diſciplina majorum? an ego Proconſules, an ego Præſides provinciarum putem, qui ob hoc ſibi ab Antonino provincias datas credunt, ut luxurientur, ut divites fiant? Audiſti præfectum Prætorio noſtri Philoſophi, ante triduum quàm fieret, mendicum & pauperem, ſed ſubitò divitem factum. Unde quæſo? niſi de viſce-*

ribus

vibus Reipublicæ provincialiumque fortunis? Scripſit hæc verba ad generum ſuum Caſſius, aureis literis, nunc quoque ob oculos principum noſtrorum perſcribenda. *Triennio bellum poſtea cum Marcomanis, Hermunduris, Sarmatis, Quadis etiam geſſit: & ſi anno uno ſuperfuiſſet, provincias ex eis feciſſet.* Jul. Capitolinus in Marc. Philoſopho. LANG.

Eadem pag. 101. ὑπὸ δρακόντων ἑβδομήκοντα πεσάρων] *Gentes omnes ab Illyrici limine uſque in Galliam conſpirarunt: ut — Marcomani, Variſiæ, Hermunduri & Quadi, Suevi, Sarmatæ, Latringes & Burei, Hyallii, Peucini, Coſtoboci, Convictuales, Soſibes, Sicobotes, Roxolani, Alani, &c.* Idem ibidem. Hos ego populos conjuratos in hac Epiſtolâ Marci deſignari puto, per ſeptuaginta quatuor dracones, per ingentem multitudinem, per turbam confertam noningentorum ſeptuaginta millium. LANG.

Pag. 102. Ἐν τῷ μεσομφάλῳ τῆς Γερμανίας, καὶ τοῖς ὄροις αὐτῶν] Per meditullium Germaniæ & fines hoſtium fortaſſe Imperator Marcus eum tractum deſignat, qui eſt inter arcem Letovicenſem & oppidum Viſcoviam, in Marcomanis & Moravis, aliqua ex parte montoſus, ubi ille caſtra habuerit. In his enim locis ætate noſtra agricolæ tum ſtipites arborum novellando extirpantes, tum terram proſcindendo arantes, ingentium hominum ſimulacra eruerunt: quorum fragmenta igne aduſta perquam gratum ſufficum & ſuavem odorem dedere, ſicut precioſiſſima quæque aromata: quibus ſanè aromatibus virorum magnorum qui ibi occubuere, cadavera ſepelienda ſunt delibuta. Quod indicium eſſe videtur, Romanorum ibi fuiſſe copias. Regio talis non longè abeſt à Sarmatis, & ab ea non longiùs decem & octo milliaribus Viënna diſtat, ubi ſtativa Marcus habuit, & etiam mortuus eſt. LANG.

Ibidem, Εὐθέως ὕδωρ ἠκολούθει ἐρανόθεν — χάλαζα πυρώδης] Legio Chriſtianorum iſtorum militum, ob impetratam pluviam & grandinem, κεραυνοβόλος, *fulminatrix* eſt dicta. *M. Aurelius in Germanica expeditione, Chriſtianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in ſiti illa impetravit.* Tertull. ad Scapul. *Literæ M. Aurelii graviſſimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam ſitim Chriſtianorum militum precationibus impetrato imbre diſcuſſam conſtatur: qui ſicut palam ab hujuſmodi hominibus pœnam dimovit, ita alio modo palam diſperſit, adjecta etiam accuſatoribus damnatione, & quidem tetriore.* Idem in Apolog. cap. 5. Legatur Nicephor. lib. 4. cap. 12. De hoc autem Julius Capitolinus, ſcriptor Ethnicus, ſcribit: *Fulmen de cœlo precibus ſuis contra hoſtium machinamentum extorſit, ſuis pluvia impetrata, quum ſui laborarent.* LANG.

FINIS.